BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LI
G
18
NAPOLI

Digitized by Google

Li
G
18

Digitized by Google

JOANNIS
ZONARÆ
ANNALES.

Digitized by Google


Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ
ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ
ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
ΔΡΟΥΓΓΑΡΙΟΥ ΤΗΣ ΒΙΓΛΑΣ,
ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΙΣ
ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

JOANNIS ZONARÆ
MONACHI
MAGNI ANTEA VIGILUM PRÆFECTI,
ET PRIMI A SECRETIS
ANNALES.

CAROLUS DU FRESNE, DOM. DU CANGE, Regi a Conſiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæſtor, VVolfianam Editionem cum ſcriptis Codicibus contulit: Latinam Verſionem recenſuit, Annales Notis illuſtravit.

TOMUS SECUNDUS.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.
M. DCC. XXIX.

Bibliothecæ Domus Prof. Neap. Soc. Jes.
Catal. inscript.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

IOANNIS ZONARÆ

ANNALES

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Edit. Pariſ. pag. 5.

A ΟΥΤΩ μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας ὁ μέγας ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ διάδοχος γέγονεν, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, καὶ ἐν ὀρθοδόξοις ἐπισημότατος. Ὃς ἐκ τῆς μακαρίας Ἑλένης γεγέννηται τῷ πατρί, περὶ ἧς διαφωνοῦσιν οἱ συγγραφεῖς, καὶ παρ' αὐτοῖς τὰ περὶ ταύτης οὐχ ὁμολόγηται. Οἱ μὲν γὰρ, τῷ Κωνσταντίῳ νόμῳ γάμου φασὶν αὐτὴν συνοικεῖν, ἀποπεμφθῆναι δὲ, τοῦ Μαξιμιανοῦ Ἑρκουλίου, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν οἰκείαν παῖδα τὴν Θεοδώραν τούτῳ κατεγγυήσαντος, καὶ ἀναδείξαντος Καίσαρα. Οἱ δὲ, οὐ γαμετὴν νόμιμον αὐτὴν γενέσθαι τοῦ Κωνσταντίου ἱστόρησαν, ἀλλὰ πάρεργον ἐρωτικῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ἐξ ἐκείνης τοῦτον δὴ συλλαβέσθαι τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον. Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν, ἦρχε τῆς Βρεττανίας τε καὶ τῶν Ἄλπεων, καὶ ἐπὶ ταύταις τῶν Γαλλιῶν, ἔτι τῇ τῶν Ἑλλήνων θρησκείᾳ προσκείμενος, καὶ τοῖς Χριστιανοῖς ἀντικείμενος, παρὰ Φαύστας τῆς B γαμετῆς εἰς ζῆλον τῆς τῶν εἰδώλων τιμῆς ἐκκαλούμενος. Θυγάτηρ δ' ἦν ἡ Φαῦστα τοῦ Μαξιμιανοῦ. Αὐτός τε γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἀδελφαῖς συνῴκησαν δυσί. Τριῶν δ' ὄντων τῶν Βασιλέων, αὐτοῦ τε Κωνσταντίνου καὶ Λικινίου καὶ Μαξεντίου, ὃς ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐκράτει, ὁ Μαξέντιος οὗτος, οὐχ ὡς Βασιλεύς, ἀλλ' ὡς τύραννος ἀτεχνῶς ἦγε, πλεῖστα δεινὰ καὶ ἄτοπα τοῖς ὑπ' αὐτῷ τυραννουμένοις ἐπάγων, ὡς ἤδη μοι ἀναγέγραπται. Ἃ μὴ φέροντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, διαπέμπονται πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον ἀπαλλάξαι σφᾶς τῆς τυραννίδος τοῦ Μαξεντίου δεόμενοι. Ἐντεῦθεν πρὸς καθαίρεσιν αὐτοῦ διανίσταται, καὶ στρατεύει, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην χωρεῖ. Ὁ δέ γε Μαξέντιος ἐπὶ πολὺ μὲν ἐντὸς καθῆστο τειχῶν, μὴ ἀντι-

I. SIc igitur, ut dictum eſt, CONSTANTINUS MAGNUS regni paterni ſucceſsor extitit, Imperator perpetua memoria dignus & inter orthodoxos illuſtriſſimus. Eum ex beata Helena procreavit pater, de qua diſſentiunt hiſtorici. Nam alii legitimo conjugio nuptam fuiſſe Conſtantio, ac dimiſſam, cum Maximianus Herculius, ut ante dictum eſt, filia Theodora deſponſa, Cæſarem eum deſignaſſet. Alii non matrem-familias, ſed concubinam, formæ gratia Conſtantio conciliaram, Conſtantinum ei peperiſſe tradiderunt. Qui ſuſcepto paterno regno, Britanniæ, Alpibus & Galliis imperavit, gentilium adhuc religioni addictus, & Chriſtianis infeſtus, Fauſta uxore ad ſimulacrorum cultum eum provocante. Fuit autem Fauſta Maximiani filia. Nam ipſe & pater duas ſorores in matrimonio habuerunt. Cum vero tres eſſent Imperatores, Conſtantinus, Licinius, & Maxentius: hic Romæ & in Italia rerum potiens, non Regem agebat, ſed plane pro tyranno ſe gerebat, importune & crudeliter in eos graſſando, quibus dominabatur: quemadmodum jam a me perſcriptum eſt. Quæ Romani haud ferenda rati, legatos ad Conſtantinum miſſitant, ut Maxentii tyrannide ſe liberet, ſupplicantes. Iis precibus ad pellendum illum commotus, Romam verſus cum exercitu proficiſcitur. Maxen-

LIBER XIII.

CONSTANTINUS MAGNUS.

Helena Conſtantini Magni mater.

Fauſta Conſtantini uxor.

Conſtantinus a Romanis accerſitus, Maxentium tyrannum ſigno crucis præmonſtrante vincit.

pag. 2.

LIBER XIII. tius vero, quum diu intra mœnia ſe contineret, nec in aciem contra eos, a quibus obſidebatur, deſcenderet, ſalibus a nonnullis inceſſebatur. Sed tandem educit exercitum, præſtigiis quibuſdam uſus: & præter alia nefanda, ex infantium diſſectione captatis auguriis. Quibus Conſtantino perterrito, & animo æſtuanti, figura Crucis circa meridiem ſtellis informata in cælo apparuit: & ſcriptura circa Crucem, Romanis litteris, & ipſa per ſtellas expreſſa, IN HOC VINCE. Statim igitur cruce ex auro ad formam quam viderat, facta, & exercitui ſuo præferri juſſa, commiſſo prælio Maxentium vincit, majore copiarum illius parte cæſa, cæteris in fugam verſis; inter quos & ipſe Maxentius pontem Milvium tranſiturus, equo lapſo, in Tiberum præcipitatus, ſubmergitur. Et hic illius fuit exitus. Cujus tyrannide Romani liberati, portis apertis Conſtantinum ſplendide exceperunt, ut liberatorem urbis lætis acclamationibus celebrantes: decreta in foro ſtatua, quam ille ita fieri juſſit, ut formam Crucis manu teneret: edictoque vetuit, ne ob religionem, ii qui Chriſtum pro Deo colerent, plecterentur. Sic Italia, & ipſa Roma ejus imperio adjuncta, cum Licinio, cui ſoror ejus nupta erat, Imperium tenuit. Is eum Maximini & filium & filiam occidiſſet, jam uterque alteri ſuſpectus, ſublato altero, ſe ſolum imperio potiturum putabat, nemine alio id ſibi vendicaturo. Ac nonnulli ſic potitum eſſe Licinium parte Galerii aſſerunt, ſocium ab illo aſcitum, ut dictum eſt. Nonnulli, in Conſtantini gratiam, cum ſororem ei deſpondiſſet, a militibus Cæſarem ſalutatum, & ab ipſo contra Maximinum miſſum, eoque victo & profligato, regno illius donatum eſſe, ea conditione, ut ne Chriſtianos violaret: qua ille neglecta, non minus, ac potius magis, quam deceſſores ſui, in Chriſtianos inſanierit, nullo extremæ crudelitatis genere prætermiſſo. Ad alias igitur diſſenſionis eorum cauſas, etiam hanc acceſſiſſe. Proinde Conſtantinus, ducto contra Licinium exercitu, & ſæpe commiſſa pugna, denique vincit. Sed propter ſororem reconciliatus, imperium ei certis conditionibus reſtituit. At ille, cum, ut homo perfidus, pactis non ſtetiſſet, a Conſtantino denuo ſuperatus, Byzantio & Chryſopoli captis, Nicomediam fugit. Tum ſoror Conſtantinum rogat, ut marito reddat imperium; quo non impetrato, ſalutem illius a fratre exorat. Itaque Licinius plebejo habitu Imperatorem adit, ac Theſſalonicæ privatam vitam agere jubetur. Id factum accuſabant milites, quod homini perfido, qui fœdera ſæpius rupiſſet, parceretur. Quare Imperator eam rem per litteras ad Senatus judicium refert. A quo alii eum militibus, ipſorum arbitratu tractandum, eſſe deditum, ac Theſſalonicæ, prope Serras, neſcio quo euntem, interfectum: alii, nec dum ibi degeret, quieviſſe, ſed tyrannidem affectaſſe tradunt, quo cognito Impe-

Licinio ſublato, Conſtantinus ſolus imperat.

Edit. Pariſ. pag. 3.

A πεζικὸν τοῖς πολιορκοῦσιν αὐτόν, ὡς τὰ καὶ διὰ τὰ σκώμματα κατ' αὐτοῦ ὑπό τινων πεποιῆσθαι. Ὀψὲ δέ ποτε ἀντιπαρετάξατο, γοητείαις κεχρημένος, καὶ δι' ἀνατομῆς βρεφῶν μαντευόμενος, καὶ ἄλλα πράττων ἀθέμιτα, ἃ δέος ἐνεποίουν τῷ Κωνσταντίνῳ. Ἀγωνιῶντι γοῦν διὰ ταῦτα, τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας δι' ἀστέρων ἐφάνη κατ' οὐρανόν, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν Ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις, δι' ἀστέρων καὶ αὐτοῖς τυπουμένοις, καὶ φράζουσιν, ΕΝ ΤΟΥΤΩι ΝΙΚΑ. Ἐκ χρυσοῦ τοίνυν αὐτίκα σχεδιάσας σταυρόν, κατὰ τὸν φανέντα τύπον αὐτῷ, καὶ τοῦτον κελεύσας τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ προπορεύεσθαι, τοῖς τοῦ Μαξεντίου συρρήγνυται καὶ ὑπερτερεῖ, ὡς τοὺς πλείους τῶν ὑπ' ἐκείνου στρατευομένων ἀναιρεθῆναι, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς φυγὴν ἀπιδεῖν. Οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Μαξέντιος συναποδιδράσκων, καὶ ἐν τῇ γεφύρᾳ γενόμενος τῆς Τιβερίδος τῇ καλουμένῃ Μιλβίᾳ, σὺν τῷ ἵππῳ κατὰ τοῦ ποταμοῦ ἐξωλίσθησε καὶ B ἀπώλετο. Καὶ ὁ μὲν οὕτω διέφθαρτο. Οἱ δέ γε Ῥωμαῖοι τῆς ἐκείνου τυραννίδος ἀπαλλαγέντες, τὰς πύλας τῆς Ῥώμης ἀναπετάσαντες, εἰσεδέξαντο τὸν Κωνσταντῖνον λαμπρῶς, καὶ ὡς ἐλευθερωτὴν αὐτὸν τῆς πόλεως εὐφήμουν καὶ ἀπεσέμνυνον, καὶ στήλην αὐτῷ ἐν τῇ τῆς Ῥώμης ἀγορᾷ στῆσαι κοινῶς ἐψηφίσαντο. Ὁ δέ, τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐγκεχειρισμένην τὴν στήλην αὐτοῦ πλασθήσεσθαι διετάξατο· καὶ δόγμα δέ, μὴ κολάζεσθαι διὰ τὴν θρησκείαν τοὺς τὸν Χριστὸν σεβομένους ὡς Θεὸν ἐξεπεφώνησεν. Οὕτω δὲ καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς προστεθείσης τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, αὐτός τε καὶ Λικίννιος ὁ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς αὐτοῦ, κατελείφθησαν βασιλεῖς. Ὁ γὰρ Λικίννιος τόν τε τοῦ Μαξιμίνου υἱὸν καὶ τὴν θυγατέρα ἀπέκτεινε, καὶ λοιπὸν ἑκάτερος τὸν ἕτερον ὑπεβλέπετο· ᾤετο γὰρ ἕκαστος, τοῦ ἑνὸς ἐπιλείποντος, αὐτὸς μόνος ἔσεσθαι μόναρχος, μὴ ὄντος C τοῦ ἀμφισβητήσοντος περὶ τῆς ἀρχῆς. Οἱ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ Λικιννίου φασὶν ἐγκρατῆ γενέσθαι τῆς Γαλερίου μερίδος, κοινωνὸν παρ' ἐκείνου προσληφθέντα, ὡς εἴρηται· οἱ δὲ τῆς τοῦ Κωνσταντίνου ἀδελφῆς παρ' αὐτοῦ συζυγείσης αὐτῷ, λέγουσι τοὺς στρατιώτας τῷ Κωνσταντίνῳ χαριζομένους, Καίσαρα αὐτὸν ἀνειπεῖν, καὶ παρ' ἐκείνου σταλῆναι αὐτὸν τῷ Μαξιμίνῳ ἀντιπαραταξόμενον, νενικηκότι δ' ἐκεῖνον καὶ καταστρεψαμένῳ, ἐκχωρῆσαι τῆς βασιλείας ἐκείνου, μὴ ἐνοχλεῖν Χριστιανοῖς ἐπισκήψαντα, μὴ μέντοι τὰς ἐντολὰς τηρῆσαι αὐτόν, ἀλλὰ λυττῆσαι κατὰ Χριστιανῶν, οὐδὲν ἧττον τῶν πρὸ αὐτοῦ, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον. Πᾶσαν γὰρ ὑπερβολὴν ὑπερελάσαι ὠμότητος· πρὸς ἄλλαις δ' αἰτίαις τῆς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς, καὶ ταύτην γενέσθαι. Κινήσας οὖν κατὰ Λικιννίου τὴν στρατιὰν ὁ Κωνσταντῖνος, D καὶ πολλάκις αὐτῷ συμβαλών, τέλος νικᾷ. Εἶτα ἀνένδοται τούτῳ διὰ τὴν ἀδελφήν, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν οὐκ ἀφείλετο, ἀλλ' ἐπὶ συνθήκαις αὖθις ταύτης αὐτῷ παρεχώρησεν· ὁ δέ, ἄπιστος ὤν, οὐκ ἐτήρησε τὰς συμβάσεις. Ὅθεν καὶ πάλιν ὁ Κωνσταντῖνος αὐτῷ ἐπολέμησε· καὶ νικήσας, εἷλε τότε τὸ Βυζάντιον καὶ τὴν Χρυσόπολιν. Ὁ δέ γε Λικίννιος εἰς Νικομήδειαν ἔφυγε, καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Κωνσταντίνου προσελθοῦσα τῷ ἀδελφῷ, ἐδέετο ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός, τηρηθῆναι αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Ὡς δὲ πρὸς τοῦτο οὐκ εἶχε τὸν ἀδελφὸν κατανεύοντα, περὶ τῆς ἐκείνου σωτηρίας προσῆγε τὴν δέησιν· καὶ ἔπεισε τὸν ὁμαίμονα. Πρόσεισι τοίνυν αὐτῷ ὁ Λικίννιος ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ, καὶ εἰς Θεσσαλονίκην διατρίβειν ἰδιωτικῶς κελεύεται. Καὶ ὁ μὲν ἐκεῖσε διῆγεν. Οἱ δέ γε στρατιῶται ᾐτιῶντο σώζεσθαι τὸν Λικίννιον, ἄπιστον φανέντα πολλάκις, καὶ παραβάτην τῶν συνθηκῶν, διὸ καὶ τῇ Συγκλήτῳ διὰ γραμμάτων τοῦ Βασιλέως ἡ περὶ τούτου ἀνετέθη βουλή. Τινὲς μὲν οὖν τοῖς στρατιώταις ἐκδοθῆναι παρὰ τῆς γερουσίας ἱστόρησαν, καὶ σφίσι δοθὲν ἐπὶ τῷ Λικιννίῳ διαπράξασθαι, κἀκείνους Θεσσαλονίκης αὐτὸν ἀναιρῆσαι, ἢ πλησίον Σερρῶν, ἀπιόντα ποι. Ἄλλοι δὲ οὐδ' ἐν Θεσσαλονίκῃ αὐτὸν φασὶ διατρίβοντα ἠρεμῆσαι, τυραννίδα δὲ μελετᾶν. καὶ τοῦτο γνόντα τὸν

Βασιλέα Κωνσταντῖνον, στεῖλαι τοὺς αὐτὸν ἀναιρήσοντας. Λέγεται δὲ ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν μάχαις, ἤτοι ταῖς πρὸς Μαξέντιον, θεάσασθαί τινα τὸν Κωνσταντῖνον ἱππότην, καθωπλισμένον, τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἀντὶ σημαίας ἐπιφερόμενον, καὶ τῆς αὐτοῦ προπορευόμενον παρατάξεως. Καὶ αὖθις δύο ὀφθῆναι αὐτῷ νεανίας ἐν Ἀδριανοῦ πόλει, τὰς τῶν ἐναντίων συγκόπτοντας φάλαγγας. Καὶ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ, νυκτὸς καθευδόντων ἁπάντων, φῶς ὤφθη αὐτῷ περιαστράψαν τὸ τοῦ οἰκείου στρατεύματος χάρακα. Ἐκ τούτων οὖν εἰς ἔννοιαν ἐνήγετο, τὸ θεόθεν αὐτῷ τὰς εὐτυχίας καὶ τὰς νίκας προσγίνεσθαι.

β. Οὕτω δὲ μοναρχήσας ὁ Κωνσταντῖνος, καὶ Φλάβιος ὠνομάσθη. Καὶ οὕτω πως ἐχρημάτιζε, Φλάβιος Κωνσταντῖνος, καὶ ἐν Ῥώμῃ διῆγε, τῆς μὲν τῶν εἰδώλων θρησκείας οὐκ ἀποστάς, τὰ περὶ Χριστοῦ δὲ μυούμενος, καὶ ἤδη παραδεχόμενος. Σώματος δὲ τυχὼν νοσεροῦ, καὶ πλεῖστα φύντος ἐκ κακοχυμίας καὶ ὕλης μοχθηρᾶς ἐξανθήματα, ὡς λώβην ταῦτα παρὰ τῶν ἰατρῶν, καὶ λέπραν δὲ παρεικάζεσθαι, καὶ τὴν τούτου θεραπείαν ἀπαγορεύεσθαι· ἔφασαν τοὺς ἱερεῖς τοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Διὸς οὐκ ἄλλως λέγοντας τεύξεσθαι θεραπείας αὐτὸν, εἰ μὴ ἐν παίδων νηπίων ἀτμίζοντι ἔτι λούσαιτο αἵματι· αὐτίκα τοίνυν ἐκ πάσης τῆς ὑπ' ἐκεῖνον χώρας συνῆκτο τὰ νήπια, καὶ ἡμέρα ὥριστο τῆς τούτων σφαγῆς. Καὶ ὁ Βασιλεὺς ἀπῄει ποτὲ, τῷ αἵματι τῶν παίδων λουσόμενος εἰς τὸ Καπιτώλιον. Αἱ δὲ τούτων μητέρες προϊόντος αὐτοῦ γοερὰς ἠφίεσαν φωνὰς, καὶ ὠλόλυζον. Ὧν ἀκούσας ἐκεῖνος, ἤρετο τί τοῦ θρήνου τὸ αἴτιον, καὶ μαθὼν τὰς μητέρας θρηνεῖν τῶν βρεφῶν, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήψας, Τὸ μὲν τῆς πράξεως, εἶπεν, ἀνόσιον, πρόδηλον· ἄδηλον δέ γε τὸ ἀποτέλεσμα· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἦν ἀναμφίβολον, κρεῖσσον πάσχειν ἐμὲ ταῖς νόσοις ταλαιπωρούμενον, ἢ τοσούτων βρεφῶν καταψηφίσασθαι ἀπώλειαν, καὶ ῥομφαίᾳ λύπης τὰς τῶν μητέρων αὐτῶν διελάσαι ψυχάς. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπανῆλθεν, ἀποδοθῆναι ταῖς μητράσι προστάξας τὰ νήπια, καὶ χρήματα δὲ δοθῆναι αὐταῖς, ἵν' ἀντίρροπον ἕξωσιν ἢ καὶ διπλασίονα τὴν χαρὰν, ὅτι τε ζῶντα τὰ ἔγγονα ἀπειλήφασι, καὶ ὅτι ἐπὶ τούτοις καὶ χρήματα προσειλήφασι. Ταῦτα δὲ διαπραξαμένῳ, νυκτὸς αὐτῷ ἐδόξατην ἄνδρε παρεστάναι διττὼ, Πέτρος εἶναι, καὶ Παῦλος λέγοντες οἱ Ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ, Εἰ σωματικῆς τε καὶ ψυχικῆς, ἔλεγον, ὑγιείας βούλει τυχεῖν, τὸν Ἐπίσκοπον μετακάλεσαι Σίλβεστρον, κἀκεῖνός σοι καὶ τὴν λύμην ἀκέσεται τῆς σαρκὸς, καὶ ζωῆς ἀνωλέθρου καταξιώσει σε. Ἐπὶ τούτοις ὁ Βασιλεὺς τοῦ ὕπνου ἀνανεγκὼν, στέλλει τοὺς μεταπεμψομένους σὺν αἰδοῖ τὸν Ἐπίσκοπον. Καὶ παραγινομένῳ τῷ ἱερῷ Σιλβέστρῳ, Εἰπέ μοι, ἔφη, Ἐπίσκοπε, θρησκεύονται παρ' ὑμῖν θεοὶ Πέτρος καὶ Παῦλος ὀνομαζόμενοι; Ὁ δὲ, Εἷς ὑμῖν Θεὸς γινώσκεται, ἀπεκρίνατο. Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος θεράποντες ἐκείνου καὶ ὑπηρέται εἰσίν. Ἑξῆς οὖν ὁ Βασιλεὺς διηγεῖται αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ μυεῖται μυστήριον, καὶ βαπτίζεται. Καὶ ἄνεισιν ἐκ τῆς παναγοῦς κολυμβήθρας ὑγιὴς ὅλος, καὶ αὐτίκα ἄδειάν τε κηρύττει Χριστιανοῖς, καὶ τοὺς ναοὺς σφίσιν ἀναπετάννυσι, καὶ νέους ἐφίησιν ἀνεγείρεσθαι. Κλείει δὲ τοὔμπαλιν τὰ τεμένη τῶν ψευδωνύμων θεῶν, ἀδεῶς τε προσιέναι θεσπίζει τοὺς βουλομένους τῇ πίστει τῇ τοῦ Χριστοῦ. Βιάζεσθαι μὲν γὰρ οὐδένα ἔλεγε βούλεσθαι· τοὺς δ' ἑκόντας τῷ Χριστῷ προστιθεμένους, ἀποδέχεσθαι. Ὁ μὲν οὖν οὕτω τὴν πί-

ratoreum occidi juſſerit. Ferunt Conſtantinum in prœliis cum illo & Maxentio commiſſis, vidiſſe armatum equitem, ſignum Crucis pro vexillo ante aciem ſuam præferentem: ac rurſus Adrianopoli, duos ei viſos adoleſcentes, qui hoſtium phalanges cæderent. Item circa Byzantium noctu omnibus dormientibus, conſpectum ab eo ignem, qui fulguris inſtar, vallum exercitus ſui colluſtraret. Quibus oſtentis in eam ſententiam adducebatur, ut crederet, ſucceſſus illos rerum, & victorias ſibi divinitus offerri.

Liber XIII. Oſtenta viſa Conſtantino.

II. Sic ſolus rerum potitus Conſtantinus, etiam Flavii ſibi prænomen aſcivit, & Romæ vitam egit: nondum quidem ſimulacrorum deſerto cultu, ſed Chriſtianæ Religionis myſteria paulatim admittens atque addiſcens. Cum autem corpore eſſet morbido, quod e corruptione humorum plurimis ſcatebat puſtulis, adeo ut curatione deſperata, lepræ a medicis lues illa compararetur: Capitolini Jovis ſacerdotes reſponderunt, eum priſtinam valetudinem non aliter recuperaturum, quam ſi in ſanguine infantium adhuc vaporante laviſſet. Statim igitur ex omni Imperio collectis infantibus, cædis die conſtituta, Imperator dum in Capitolium, ſanguine puerorum loturus aſcendit, matres illorum lugubribus vocibus ejulantes audit, quæ ſit fletus cauſa rogat: eaque cognita, velut ab ebrietate experrectus, *Facinoris*, inquit, *impietas eſt evidens, eventus incertus. Qui ſi vel exploratiſſimus eſſet, præſtaret tamen me conflictari morbi moleſtiis, quam tot infantibus ad necem damnatis, gladio doloris matrum animos diverberare.* His dictis receſſit, & matribus ſuos reddi liberos juſſit: addita pecunia, ut lætitia dolorem non tantum æquaret, ſed duplo etiam vinceret: non filiis tantum reſtitutis, ſed pecunia quoque data. His peractis, nocte ei aſtare viſi ſunt duo viri, qui ſe Petrum & Paulum eſſe, Chriſti Apoſtolos, profitentes, dicerent, Si & corporis & animi ſanitatem conſequi vellet, Silveſtrum Epiſcopum eſſe accerſendum, qui & luem corporis depulſurus eſſet, & vitam interitus expertem communicaturus. Experrectus Imperator, Epiſcopum reverenter accerſiri jubet, atque ad S. Silveſtrum, *Dic mihi*, inquit, *Epiſcope, num Deos colatis, qui Petrus & Paulus nominantur.* Reſpondet ille: *Unus a nobis Deus agnoſcitur: Petrus autem & Paulus, ſunt ejus famuli & miniſtri.* Tum Imperator narrato ei ſomnio, arcanis noſtræ religionis inſtruitur, baptizatur, & e ſanctiſſimo illo balneo ſanus & integer aſcendit: Chriſtianis ſecuritatem per præcones denunciat: templa eorum aperiri, & nova condi permittit: ac viciſſim, fanis fictitiorum deorum clauſis, impune Chriſtianiſmum quoſvis amplecti ſinit. Nam ſe vim quidem facturum eſſe nemini: qui vero ultro ad Chriſtum ſe contuliſſent, eos ſe laudare profitebatur. Sic ille fidem Chriſtianam ſuſcepit, Evangelico præconio

Sacerdotes Jovis Capitolini infanticidium Conſtantino ſuadent.

Edit. Pariſ. pag. 4.

Sylveſter Romanus Pontifex Conſtantini lepram curat, & Chriſtianum eum efficit.

LIBER XIII.

Judæorum & Chriſtianorum ſub Conſtantino diſputatio.

invaleſcente, & Chriſtiani nominis hominibus adempto metu. Cæterum Judæi matrem Imperatoris aggreſſi, deceptum eum eſſe aſſerunt, & pio facto facinus impium adjunxiſſe, ſimulacrorum deſtructionem, rem piam: fidem in Chriſtum, impiam nominantes. Solum enim eum verum eſſe Deum, quem ipſi colerent: Jeſum autem, nefarii illi, hominem maleficum, & præſtigiatorem vocitabant. Mater hæc ad Imperatorem refert. Is decrevit, ut Judæi qui iſta afferant, ſe & delectis e Senatu quibuſdam audientibus, cum Silveſtro Epiſcopo Romano & Chriſtianis diſputent, quo cognoſcat, quidnam a Judæis afferatur. Diſputatum

Edit. Pariſ. pag. 5.

B eſt, victoria ad Silveſtrum inclinare viſa. Tum Judæi Silveſtrum diſſerendi acumine ſuperiorem eſſe dicentes, ſignorum oſtentationem poſtulabant. Atque adeo quidam ex iis impoſtor, nomine Zambres, bovem afferri jubebat, in quo ſui Dei potentiam ſe demonſtraturum aſſerebat. Adducitur bos, accedit Zambres, inſuſurrat ei aliquid in aurem: ille magno & lamentabili mugitu edito, cum tremore & vertigine circumactus concidit mortuus. Ea re gloriabantur Judæi, Dei ſui nomen non cepiſſe aures illius, dicentes: *Quid vero*, inquit Silveſter, *qui id beſtiæ dicit in aurem, verba ſua non audit? cur & ipſe non moritur?* Ibi Zambres:

Silveſter bovem a Zambre Judæo necatum reſuſcitat.

C *Jam nihil*, inquit, *opus eſt argutiis, & probabilitate verborum, ſed factis, epiſcope. Si ergo taurum iſtum a te necatum*, Silveſter ait, *ipſe Chriſti nomine in vitam revocabo: non majus quiddam præſtitiſſe, & magnam demonſtraſſe Chriſti potentiam videbor?* Aſſentitur ille, & per ſalutem Imperatoris ſtatim jurat, ſi taurum revixiſſe videret, ſe confeſſurum Chriſtum eſſe Deum. Silveſter autem oculis in cælum defixis, & Domino invocato, prope taurum adſtat, ſublataque voce clamat: *Si Deus verus eſt, quem ego annuncio Chriſtum, ſurge taure, ac pedibus tuis inſiſtito.* Statim taurus ſeſe commovens, exilit. Qui aderant, ma-

D gnum eſſe Silveſtri Deum, exclamare: Judæi miraculo perculſi, ad pedes viri ſancti accidere, petere ut placaret ſibi Deum, & baptiſmum impertiretur. Inclyta vero Imperatoris mater, nondum inſtituta, erudiri ſe & baptizari flagitare: ac voti compos facta, vero Deo agnito, loca quæ formoſi Chriſti pedes, quippe pacem annunciare ſoliti, perambulaſſent, ſpectare cupere. Aſcito igitur D. Silveſtro comite, Hieroſolyma proficiſcitur: & ſepulchro Domini adorato, & ſancta Cruce inventa, cui Deus noſter corpore ſuo affixus fuerat, & templis magno ſumptu exſtructis, ad filium

Helena Hieroſolymis ſanctam Crucem reperit.

E revertitur. Suſcepit Imperator e Fauſta, filia Maximiani, tres filios, Conſtantinum, Conſtantium & Conſtantem: ac filiam Helenam, quæ Juliano poſtea nupſit. Habuit & e concubina filium natu maximum Criſpum, qui Liciniano bello multa fortiter fecerat. Eum Fauſta noverca, inſano amore correpta, cum ad concubitum pellicere nequiiſ-

Fauſtæ & Criſpi privigni ejus interitus.

A στει τοῦ Χριστοῦ προσεληλύθει· τὸ κήρυγμα δ' ἐπλατύνετο, καὶ παῤῥησία τοῖς Χριστωνύμοις ἐδίδοτο. Προσίασιν οὖν τῇ τοῦ Βασιλέως μητρὶ Ἰουδαῖοι, ἠπατῆσθαι λέγοντες τὸν Βασιλέα, καὶ ἔργῳ θεοφιλεῖ ἔργον ἀναμίξαι θεομισές. Θεοφιλὲς μὲν, τὴν τῶν εἰδώλων καθαίρεσιν ὀνομάζοντες, θεομισὲς δὲ, τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστόν. μόνον γὰρ εἶναι Θεὸν ἀληθῆ τὸν παρ' αὐτῶν θρησκευόμενον, τὸν Ἰησοῦν δὲ ἄνθρωπον οἱ ἀλιτήριοι κακοῦργον ἀπεκάλουν, καὶ γόητα. Ἀναφέρει ταῦτα ἡ μήτηρ τῷ Βασιλεῖ καὶ υἱῷ. ὁ δὲ, διαλεχθῆναι δεῖν ἔκρινεν ἐπ' ἀκροάσει αὐτοῦ καὶ τῶν τῆς Γερουσίας λογάδων, τοὺς ταῦτα λέγοντας Ἰουδαίους, τῷ Ῥώμης Ἐπισκόπῳ Σιλβέστρῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτόν· ἵν' ἐπιγνοίη, τίνα τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰσὶν εἰσαγόμενα. Γέγονεν

B ἡ διάλεξις. Ἔδοξαν οἱ λόγοι τοῦ ἱεροῦ Σιλβέστρου ἐπικρατέστεροι. Ἐκ διαλεκτικῆς δυνάμεως ὑπερτερεῖν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Σίλβεστρον ἔλεγον, σημείων ἐζήτουν ἐπίδειξιν. Μᾶλλον δέ τις παρ' αὐτοῖς γόης ἀνὴρ Ζαμβρῆς καλούμενος, βοῦν ἐνεχθῆναι ἠξίου, δι' οὗ τινα λέγων μέλλειν ἐνδείξασθαι τὴν δύναμιν τοῦ οἰκείου Θεοῦ. Προσενεχθὴ ὁ βοῦς, πλησιάσας αὐτῷ ὁ Ζαμβρῆς, ὑπεψιθύρισέ τι αὐτῷ εἰς τὸ οὖς. Κἀκεῖνος μέγα τι καὶ γοερὸν μυκησάμενος καὶ τρόμῳ συνδινηθεὶς, καταπίπτει καὶ τεθνήκει. Ηὔχουν ἐπὶ τούτῳ οἱ Ἰουδαῖοι, τὸ τοῦ σφετέρου Θεοῦ ὄνομα μὴ στέγειν λέγοντες τὸν ἀκούσαντα. Τί δέ, φησιν ὁ Σίλβεστρος, ὁ λέγων τοῦτο τῷ ζώῳ πρὸς τὸ οὖς, οὐκ ἀκούει τὸ λεγόμενον; πῶς οὖν οὐ θνήσκει κἀκεῖνος; Καὶ ὁ Ζαμβρῆς, Οὐ λό-

C γων, ἔφη, στροφῆς τε καὶ πιθανότητος ἄρτι χρεία, ἀλλ' ἔργων, ἐπίσκοπε. Εἰ οὖν τὸν παρὰ σοῦ νεκρωθέντα τοῦτον ταῦρον, ὁ Σίλβεστρος εἶπε, ζωώσω αὐτὸς τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει, ἵνα ἄν τι μεῖζον δόξω ποιεῖν, καὶ μεγαλείαν ἀποδείξω τὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ; κἀκεῖνος κατένευσε καὶ κατὰ τῆς σωτηρίας τοῦ Βασιλέως εὐθὺς ἐξωμόσατο, εἰ τὸν ταῦρον ἴδοι ἀναβιώσαντα, τὸν Χριστὸν ὁμολογῆσαι Θεόν. Καὶ ὁ Σίλβεστρος εἰς οὐρανὸν ἀτενίσας καὶ τὸν Κύριον ἐπικαλεσάμενος, ἔστη τοῦ ταύρου ἐγγύς, καὶ τὴν φωνὴν ἐπάρας, ἐβόησεν· Εἰ Θεὸς ἀληθής ἐστιν ὃν ἐγὼ κηρύττω Χριστόν, ἔγειραι ταῦρε, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. Αὐτίκα γοῦν κινηθεὶς ὁ ταῦρος, ἀνέθορε. Καὶ οἱ παρόντες, Μέγας ὁ τοῦ Σιλβέστρου Θεός, ἐξεβόησαν. Οἱ Ἰουδαῖοι δὲ καταπλαγέντες τῷ θαύματι, τοῖς

D ποσὶ τοῦ ἁγίου προσέπιπτον, καὶ ἱκέτευον ἱλεώσασθαι αὐτοῖς τὸν Θεόν, καὶ τοῦ θείου σφᾶς ἀξιῶσαι βαπτίσματος· καὶ ἡ ἀοίδιμος δὲ τοῦ Βασιλέως μήτηρ, ἀμύητος οὖσα, ἠξίου μυηθῆναι καὶ βαπτισθῆναι· τυχοῦσα τοίνυν τοῦ ἐφετοῦ, καὶ τὸν ἀληθῆ ἐπιγνοῦσα Θεόν, τοὺς τόπους οὓς οἱ ὡραῖοι πόδες Χριστοῦ, ὡς εἰρήνην εὐαγγελισαμένου, διώδευσαν, θεάσασθαι ἐπεθύμησε. Καὶ συμπαραλαβοῦσα τὸν θεσπέσιον Σίλβεστρον, εἰς Ἱεροσόλυμα παραγίγνεται. καὶ τὸ τοῦ Κυρίου προσκυνήσασα μνῆμα, καὶ τὸν θεῖον εὑροῦσα σταυρόν, ἐν ᾧ προσεπάγη σωματικῶς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ναούς τε δομησαμένη πολυτελεῖς, πρὸς τὸν υἱὸν καὶ Βασιλέα ἐπανελήλυ-

E θεν. Υἱοὺς δ' ἐκ Φαύστης ὁ Βασιλεὺς τῆς τοῦ Μαξιμιανοῦ θυγατρὸς ἐγείνατο τρεῖς, Κωνσταντῖνον, καὶ Κωνστάντιον, καὶ Κώνσταντα. Καὶ θυγατέρα Ἑλένην, ἣ τῷ Ἰουλιανῷ συνῴκησεν ὕστερον. Εἶχε δὲ καὶ ἐκ παλλακῆς υἱὸν ἕτερον, Κρίσπον καλούμενον, τῶν ἄλλων αὐτοῦ υἱέων πρεσβύτερον, ὃς καὶ παρὰ τῷ πρὸς Λικίνιον πολέμῳ πολλάκις ἠρίστευσε. Τούτῳ ἡ μητρυιὰ Φαῦστα ἐπιμανεῖσα ἐρωτικῶς, ἐπεὶ μὴ ἀπειθοῦς ἐκείνου ἐτύγχανε, κατεῖπε πρὸς τὸν πα-

Digitized by Google

τέρα, ὡς ἐρῶντος αὐτῆς, καὶ βιάσασθαι πολλάκις ἐπιχειρήσαντος. Διὸ καὶ θάνατον ὁ Κρίσπος παρὰ τοῦ πατρὸς κατεκρίθη, πεισθέντος τῇ γαμετῇ. Ὡς δ' ἔγνω μετέπειτα ὁ Αὐτοκράτωρ τὸ ἀληθές, καὶ τὴν γυναῖκα ἐκόλασε, διά τε τὸ ταύτης ἀκόλαστον, καὶ τὸν φόνον τοῦ παιδός. εἰσαχθεῖσα γὰρ ἐν λουτρῷ ἡ Φαῦστα σφοδρῶς ἐκκαυθέντι, ἐκεῖ τὴν ζωὴν βιαίως ἀπέρρηξε. Σαρματῶν δὲ καὶ Γότθων κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὑπηκόων κεκινημένων, καὶ τὴν Θρᾳκῴαν μοῖραν ληϊζομένων, ἐξανίσταται κατ' αὐτῶν Κωνσταντῖνος ὁ μέγιστος· καὶ τὴν Θρᾴκην καταλαβὼν τοῖς βαρβάροις συρρήγνυται, καὶ κατ' αὐτῶν ἵστησι λαμπρότατον τρόπαιον.

γʹ. Κατὰ δὲ θεῖον χρησμὸν βουληθεὶς ἀνεγεῖραι πόλιν, ὡς ἂν αὐτὴν ἐπὶ τῷ οἰκείῳ καλέσῃ ὀνόματι, πρότερον μὲν ἐν Σαρδικῇ κτίσαι ταύτην προέθετο· εἶτα ἐν Σιγαίῳ (τὸ δὲ τῆς Τρῳάδος ἐστὶν ἀκρωτήριον) ἔνθα καὶ θεμελίους αὐτῆς καταβαλέσθαι φασί. Καὶ αὖθις ἐν Χαλκηδόνι τὴν πόλιν ἤρξατο ἀνιστᾶν. Λέγονται δὲ καθιπτάμενοι ἀετοί, καὶ τὰ τῶν οἰκοδόμων ἁρπάζειν σπαρτία, καὶ μεταξὺ διιπτάμενοι τὸν πορθμόν, ῥίπτειν αὐτὰ κατὰ τὸ Βυζάντιον. Τούτου γοῦν πολλάκις γινομένου, ἀπηγγέλη τῷ Βασιλεῖ, καὶ οὐκ ἔδοξε τυχαίως γενέσθαι τὸ γενόμενον, ἀλλά τι διὰ τούτου τὸ θεῖον παραδηλοῦν. Ἐφίσταται γοῦν αὐτὸς τῷ Βυζαντίῳ ὁ Αὐτοκράτωρ τὸν τόπον κατασκοπῶν, ἀρέσκεται, μετατίθησι τὸν σκοπόν, μετάγει τοὺς τεχνίτας ἐκ Χαλκηδόνος ἐκεῖ, τὴν πόλιν φιλοτίμως οἰκοδομεῖ, Κωνσταντινούπολιν αὐτὴν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῷ οἰκείῳ καλεῖ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὴν τῇ Παρθένῳ, καὶ Θεομήτορι. Ἤδη δὲ ἀπαρτισθείσης τῆς πόλεως, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Μαΐου μηνός, τελεῖ τὰ ταύτης γενέθλια ἢ ἐγκαίνια, ἔτος ἐνισταμένου πεντακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ὀγδόου. Ὅτε, ὥς τινες ἱστορήκασι, τὸν ἀστρόνομον καλέσας Οὐάλεντα, τῶν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων τὸν περιβοητότερον, ἐκέλευσεν ἐπὶ τῷ γενεθλίῳ τῆς πόλεως συντάξαι θεμάτιον, ἵν' ὁπόσους μέλλει διαμένειν αὕτη γνοίη ἐνιαυτούς. Ὁ δὲ εἰς ἑξακοσίους καὶ ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς ἓξ ἐνιαυτοὺς διαρκέσαι αὐτὴν ἀπεφοίβασεν, οὕσπερ ἤδη καὶ παρερρυήκεισαν πρὸ πολλοῦ. Ἢ γοῦν ἐψευσμένην ὑποληπτέον τὴν τοῦ Οὐάλεντος πρόρρησιν, καὶ διημαρτημένην τὴν τέχνην, ἢ ἐκεῖνα νομιστέον ἐκεῖνον εἰπεῖν τὰ ἔτη, ἐν οἷς τὰ τῆς πολιτείας ἐτηρεῖτο ἔθη, καὶ ἀναστάσεις, καὶ ἡ Γερουσία τετίμητο, καὶ οἱ ταύτης ηὐθένουν πολῖται, καὶ ἔννομος ἦν ἐπιστασία, τὸ κράτος δὲ τὸ βασίλειον· ἀλλ' οὐκ ἄντικρυς τυραννίς, ἰδίων τὰ κοινὰ τῶν κρατούντων λογιζομένων, καὶ εἰς οἰκείας ἀπολαύσεις χρωμένων αὐτοῖς, καὶ τούτων ἐνίας οὐκ εὐαγεῖς, καὶ δωρουμένων οἷς βούλονται τὰ δημόσια, καὶ οὐ ποιμένων τρόπον τοῖς ὑπηκόοις προσφερομένων, κειρόντων τὸ περιττὸν τοῦ τριχός, καὶ κορεννυμένων ἐμφορουμένων τοῦ γάλακτος, ἀλλὰ δίκην λῃστῶν αὐτὰ κατεσθιόντων τὰ πρόβατα, καὶ τῶν σαρκῶν ἐμφορουμένων, ἢ καὶ αὐτοὺς ἐκμυζώντων τοὺς μυελούς. Ἡ μὲν οὖν πόλις οὕτω παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς ἐκείνου Βασιλέως ἀνῳκοδόμητο, κατὰ τὸ πάλαι Βυζάντιον. Τὸ δὲ Βυζάντιον πόλις καὶ πρώην ἐτύγχανεν, οὐ τῶν ἀνωνύμων ἢ τῶν ἀσήμων, ἀλλὰ καὶ πλήθει πολιτῶν ἀνθουμένη, καὶ πλούτῳ, καὶ ἀνδρῶν γενναιότητι, καὶ τειχῶν ἐρρωμενότητι, καὶ τοσοῦτον, ὡς ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ἐπὶ Σευήρου, τοῦ ἐν Ῥώμῃ τῇ παλαιᾷ βασιλεύσαντος, παρὰ Ῥωμαίων πολιορκεῖσθαι, καὶ πολλὰ παρὰ τῶν πολιορκουμένων ὑποστῆναι αὐτούς, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σευήρου μοι προϊστόρηται. Περὶ δὲ τῆς τῶν Βυζαντίων δυνάμεως, καὶ τῆς τῶν τειχῶν ὀχυρότητος, ταῦτα ὁ Δίων ἐν τοῖς περὶ Σευήρου φησί· Τείχη δὲ τὸ Βυζάντιον καρτερώτατα εἶχεν· ὅ, τε γὰρ θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι

A ſet: apud patrem detulit, ut a quo adamaretur, ſua pudicitia ſæpe ſollicitata. Ob id crimen, capitis Criſpum damnat pater, conjugi obſecutus. Sed deinde veritate cognita, da ipſa quoque, cum ob impudicitiam, tum propter filii cædem, pœnas ſumit. Nam in balneum vehementer calefactum introducta, æſtu præfocatur. Cum autem Sarmatæ & Gotthi provincias Romanas invaſiſſent, & Thraciæ partes vaſtarent, Conſtantinus Maximus contra eos inſurgit: ac Thracia occupata, commiſſoque prælio victis Barbaris, ſplendidiſſimum triumphum conſequitur.

LIBER XIII. Edit. Pariſ. pag. 6.

Sarmatæ & Gotthi profligati.

III. Urbem porro ex oraculo de
B ſuo nomine conditurus, primum in Sardica extruere in animo habuit, deinde in Sigæo promontorio Troadis, ubi etiam fundamenta jecisſa feruntur. Denique Chalcedone opera inchoato, aquilas devolaſſe memorant, fabrorumque funiculos raptos, freto ſuperato, juxta Byzantium dejeciſſe. Quod ſæpius factum, & Imperatori nunciatum, cum non temere eſſe, ſed a numine portendi aliquid videretur: ipſe Byzantium ſe confert, locum contemplatur, probat, mutat conſilium, fabros Chalcedona illuc transfert, urbem ſtudioſe condit, a ſe Conſtantinopolim vocat, & matri Dei conſecrat.
C Urbe ad XI. menſis Maii abſoluta, natalem ejus ſeu dedicationem celebrat, anno ab orbe condito quinquies milleſimo octingenteſimo trigeſimo octavo: cum, ut quidam tradidere, Valentem, Mathematicorum ejus ætatis principem, natalitium urbis thema conſtituere juſſit, ut cognoſceret, quot annos duratura eſſet. Reſpondet ille, ſexcentos nonaginta ſex, qui cum jam olim ſint elapſi, nimirum aut falſa putanda eſt Valentis prædictio, & ars erroris haud expers: aut illi anni intelligendi erunt, quibus inſtituta Reipublicæ ac ſtatus conſervabantur, dum ſuus erat honos Senatui, dum cives ſub legitima Imperii
D poteſtate florebant, non autem manifeſta tyrannis dominorum, publica ſibi pro privatis vendicabat, & ad ſuas voluptates conferabat, eaſque parum interdum honeſtas, publica quibuſvis donando, nec paſtorum inſtar ſubditos tractando, lana ſupervacua detondenda, & lacte paſci bibendo: ſed prædonum inſtar oves mactando, & carnes devorando, aut ipſas medullas exugendo. Sic urbs a pio illo Imperatore in veteris Byzantii ſolo condita eſt. Byzantium autem prius etiam urbs fuit haud obſcura, neque ignobilis, ſed & frequentia ci-
E vium florens, & opibus, & viris fortibus, & mœnibus permunitis, adeo ut ſub Severo, qui veteri Romæ imperabat, per triennium a Romanis obſideretur, ac multa tolerarent cives, ſicut ſupra in Severo narravimus. Dion item de Byzantiorum potentia, & murorum firmitate, in Severo ad hunc ſcribit modum: *Byzantium muros habuit robuſtiſſimos: nam eorum lorica lapidi-*

Conſtantinopolis ædificatio.

Valentis Mathematici præſagium de urbe.

Querela de ſuorum temporum tyrannide.

pag. 7.

Byzantii veteris ex Dione deſcriptio.

bus quadratis craſſis conſtructa erat, & laminis ferreis colligata: interiora & aggeribus & ædificiis munita erant, ut omnia unus craſſus murus eſſe viderentur. Inerant & multæ magnæ turres foras prominentes, & crebris feneſtris adornatæ. Pars continenti obverſa, ad magnam exurgebat altitudinem: quæ mare ſpectabat, humilior erat, & portus uterque intra mœnia catenis claudi poterat, eorumque brachia utrinque turres multum eminentes ſuſtinebant. Navigia vero habebant Byzantii quingenta, pleraque ſolitaria: quaſdam etiam biremes, quarum nonnullæ & in prora & in puppi gubernaculis & gubernatoribus exornatæ erant, & duplis nautis, ut & accedere & recedere poſſent, navibus non converſis, & hoſtes tam in receſſu quam acceſſu vexarent. Adjicit Dion, VII. turres a Thracia porta ad mare pertinuiſſe, quarum ſi quis aliam attigiſſet, tacita fuerit: ſin in primam aliquid inclamaſset, aut lapidem conjeciſset, eam per machinam quamdam reſonuiſse, & eumdem ſonum proximæ tradidiſse, donec omnes pervaſiſset: neque tamen aliam ab alia turbatam, ſed per vices ab omnibus vocem & ſonum exceptum. Ac talis olim Byzantina urbs fuit: ſed inclytus Conſtantinus eam in immenſum auxit, templa inædificavit, & multis rebus adornavit: denique teretem illam columnam porphyreticam, Roma, ut ferunt, allatam, in foro lapideis tabellis inſtrato, unde a Græcis Placoton nominatur, erexit: juxtaque ſimulacrum æneum, tum artificio mirabili antiquæ manus pene vivens inſtar expreſſum, tum magnitudine inſigni ſpectabile dedicavit. Eam ſtatuam Apollinis eſſe ferunt, Ilio Phrygiæ translatam. Sed divinus Imperator ille, ſuum illi nomen indidit, clavis quibuſdam capiti inſertis, qui corpus Domini ſalutiferæ Cruci affixerant. Ea ad noſtram quoque ætatem permanſit integra, columnæ inſiſtens: ſed ſub Alexio Comneno vehementis venti impetu dejecta concidit: nec ipſa ſolum comminuta eſt, ſed multos etiam, qui caſu illic erant, contrivit. Palladium item Troja in forum Placotum tranſtulit. Ita Conſtantinus Magnus cum aliis multis urbem adornavit: tum Byzantium, quod prius Thraciæ Heracleæ Epiſcopatus erat, a Severo Perinthiis poſt captivitatem ſubjectum, ut in Severo expoſitum eſt, in Patriarchatus dignitatem reſtituit: Romæ veteri ob ætatis prærogativam, & imperium inde huc translatum principatu relicto. Erat eo tempore Byzantii Epiſcopus Metrophanes, vir ſanctiſſimus, filius Domitii (frater is fuit Probi Imperatoris) qui ob Chriſtianæ religionis profeſſionem, Roma Byzantium profectus, in Epiſcopatus apicem evectus eſt. Poſt quem Probus alter, filius hujus, pontificium thronum conſcendit: ei Metrophanes frater ſucceſſit.

Apollinis ſtatua.

Edit. Pariſ. pag. 8.

Conſtantinopolitanus patriarchatus.

Metrophanes. Domitius. Probus.

IV. Sub hoc imperatore, Arius Alexandrinæ Eccleſiæ ſacerdos, celebrabatur, qui Dei filium & Verbum creaturam dicere non dubitavit: & alterius eſſe naturæ, nec pa-

Ariana hæreſis.

A χόσι συνῳκοδόμητο, πλαξὶ χαλκαῖς συνδεδεμένοις, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτῶν καὶ χώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ὠχύρωντο, ὥς τε καὶ ἓν τεῖχος παχὺ τὸ πᾶν εἶναι δοκεῖν. Πύργοι τε πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἔξω τε ἐκκείμενοι, καὶ θυρίδας πέριξ ἐπαλλήλους ἔχοντες ἦσαν. Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἤπειρον τείχη, ἐς μέγα ὕψος ἦρτο. Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν, ἧττον ὑψοῦτο, οἵ τε λιμένες ἐντὸς τείχους ἀμφότεροι κλειστοὶ ἁλύσεσιν ἦσαν, καὶ αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον. Πλοῖα δ' ἦσαν τοῖς Βυζαντίοις πεντακόσια· τὰ μὲν πλεῖστα, μονήρη· ἔστι δ' ἃ καὶ δίκροτα, καί τισιν αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς πρώρας καὶ ἐκ τῆς πρύμνης πηδάλια ἥσαντο, καὶ κυβερνήτας ναύτας τε διπλοῦς εἶχον, ὅπως καὶ ἐπιπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι μὴ ἀναστρεφόμενοι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἔν τε τῷ πρόσπλῳ καὶ τῷ ἀπόπλῳ αὐτῶν σφάλλωσι. B Πρὸς τούτοις ἐπάγει ὁ Δίων, ὡς ἑπτὰ ἀπὸ τῶν Θρακίων πυλῶν πύργοι καθήκοντες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν. τούτων δ' εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν. Εἰ δὲ δὴ τῷ πρώτῳ τι ἐνεβόησεν, ἢ καὶ λίθον προσέρριψεν, αὐτός τε ἐλάλει ἔκ τινος μηχανῆς, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ παρεδίδου ποιεῖν· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπεταράττοντο ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἕτερος τήν τε φωνὴν καὶ τὴν ἠχὴν διεδέχοντο. Τοιαύτη μὲν οὖν τὸ Βυζάντιον πάλαι ἡ πόλις ἐτύγχανεν· ὁ δὲ ἀοίδιμος Κωνσταντῖνος πολλαπλασίαν αὐτὴν ἐξειργάσατο. Καὶ ναοὶ δὲ παρ' αὐτοῦ ἐν αὐτῇ καθιδρύθησαν, καὶ πολλὰ πρὸς κόσμον ταύτης γεγόνασιν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ ὁ κυκλοτερὴς κίων ὁ πορφυροῦς, ὃν ἐκ Ῥώμης (ὡς λόγος) κομισθέντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἔστησεν, ἣ κατέστρω- C ται λιθίναις πλαξὶν, ἀφ' ὧν καὶ Πλακωτὸν παρωνόμασται, καὶ ἐπ' αὐτοῦ χάλκεον ἐνίδρυσεν ἄγαλμα, θαῦμα ἰδέσθαι, διά τε τὴν τέχνην, διά τε τὸ μέγεθος. Τὰ μὲν γὰρ πελώριον ἦν, ἡ δὲ ἀκρίβεια ἐδόκει χειρὸς ἀρχαίας μικροῦ πλαττούσης καὶ ἔμπνοα· λέγεται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι στήλη τὸ ἄγαλμα, καὶ μετενεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ Ἰλίου. Ὁ δὲ θειότατος Αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος εἰς οἰκεῖον ὄνομα τὸ ἄγαλμα ἔστησε, τῇ κεφαλῇ τούτου τινὰς τῶν ἥλων ἐναρμοσάμενος, οἳ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου προσεπαττάλευσαν τῷ σωτηρίῳ σταυρῷ, ὃ καὶ μέχρις ἡμῶν διήρκεσεν ἐπὶ τοῦ κίονος ἑστηκός. Πέπτωκε δὲ βασιλεύοντος Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἀνέμου πνεύσαντος βιαίου τε καὶ σφοδροῦ· κἀκεῖνό τε συντέτριπτο, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖ παρατυχόντων συνέτριψε. Καὶ D τὸ Παλλάδιον δὲ ἀπὸ τῆς Τροίας μετήνεγκε, καὶ ἐν τῇ Πλακωτῇ καὶ τοῦτο ἔστησεν ἀγορᾷ. Ἄλλοις τε οὖν, ὡς εἴρηται, πολλοῖς τὴν πόλιν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκόσμησε, καὶ πρότερον ἐπισκοπὴν ὂν τὸ Βυζάντιον τῆς Θρᾳκικῆς Ἡρακλείας, ὡς ὑπὸ Σεβήρου τοῖς Περινθίοις ὑποτεθὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σεβήρου ἱστόρηται, εἰς τιμὴν ἀνήγαγε Πατριαρχικὴν, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας, διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι. Ἦν δὲ τότε τοῦ Βυζαντίου ἐπίσκοπος Μητροφάνης ὁ ἱερώτατος, υἱὸς Δομετίου, ἀδελφοῦ Πρόβου τοῦ Βασιλέως γενόμενος, ὅσπερ δὴ Δομέτιος ἐξ ἀπιστίας εἰς πίστιν μετενεχθεὶς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν Ῥώμην λιπὼν, εἰς τὸ Βυζάντιον παραγένοιτο, καὶ εἰς E τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀνηνέχθη περιωπήν. Μεθ' ὃν Πρόβος υἱὸς αὐτοῦ ἕτερος εἰς τὸν Ἀρχιερατικὸν τοῦτον ἱδρύεται θρόνον, ὃν Μητροφάνης ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο.

δ'. Ἐπὶ τούτου τοῦ Αὐτοκράτορος, καὶ ὁ Ἄρειος, ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας ἱερεὺς, ἐγνωρίζετο, κτίσμα τολμήσας εἰπεῖν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγον, καὶ οὐσίας ἑτέρας, καὶ οὐ συναΐδιον τῷ πατρὶ, οὐκ

αὐτὸς γεννήτωρ τῆς αἱρέσεως γεγονώς. Πρῶτος μὲν γὰρ Ὠριγένης πρὸς ἄλλαις πλείσταις δόξαις διεφθαρμέναις, καὶ τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κτιστὸν καὶ ἀλλότριον εἶναι τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς εἰσηγήσατο. Καὶ μὴ δυνάμενον ὁρᾶν τὸν πατέρα, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν υἱὸν ἀόρατον τυγχάνειν εἰσῆγε τῷ πνεύματι. Ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐξερευγόμενος ταυτὶ τὰ ἀπόφημα, ἀλλ' ἦσαν ἐν μόνοις γράμμασι κείμενα, σεσίγητό τε καὶ οὔπω δεδημοσίευτο· ὁ Ἄρειος δὲ, εἰς προῦπτον ταῦτα προήνεγκε, καὶ ἐπὶ τῶν δωμάτων ἐκήρυξε, καὶ πολλοὺς εἰς ἀσέβειαν ὑπεσκέλισε, θορύβων τε καὶ σχισμάτων τὰς ἐκκλησίας ἐνέπλησεν. Ὁ γοῦν ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἐν Νικαίᾳ τῇ Βιθυνῶν συνελθεῖν τοὺς τῶν Ἐπαρχιῶν ἐπισκόπους ἐκέλευσε, καὶ ἀθροισθέντων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, ἐν οἷς ὅσοι καὶ ἱερεῖς τινες καὶ Διάκονοι, ἀλλὰ μέν τοι καὶ Μοναχοί. Ὅτε καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐκεῖ παρῆν τῷ τῶν Διακόνων ἔτι κατειλεγμένος ὢν τάγματι. Καὶ αὐτὸς ὁ Χριστιανικώτατος Βασιλεὺς, ἀφίκετο πρὸς τὴν Νίκαιαν, καὶ συγκαθίσας τοῖς ἱεροῖς πατράσιν ἐκείνοις, ἐπέτρεψε ζητῆσαι τὰ παρὰ τοῦ Ἀρείου λεγόμενα, καὶ διαγνῶναι, εἴ τι τῆς ὀρθῆς ἐκκλίνουσι δόξης. Οἱ δὲ, καὶ ζητήσαντες, καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσαντες, τὸν μὲν Υἱὸν ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον καὶ συναΐδιον ἐδογμάτισαν τῷ Πατρί. Τὸν Ἄρειον δὲ καὶ τοὺς ὁμόφρονας ἐκείνῳ, τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὁμηγύρεως ἐξεκήρυξαν. Ἦν δὲ τότε τῶν τὰ Ἀρείου πρεσβευόντων, καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας τυγχάνων ἐπίσκοπος, ὃς μετέπειτα λέγεται ἀποστῆναι τῆς τοῦ Ἀρείου δόξης, καὶ ὁμογνωμονῆσαι τοῖς συναΐδιον τὸν Υἱὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ δογματίζουσι, καὶ δεχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων εἰς κοινωνίαν. Μᾶλλον μέν τοι ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς πρώτης Συνόδου, καὶ ὑπερμαχῶν εὕρηται τῶν πιστῶν. Οὕτω μὲν οὖν ταῦθ' ἱστορημένα παρά τινων εὕρηται. Ἀμφίβολα δ' ἐκεῖνος αὐτὰ δι' ὧν ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ εὕρηται συγγραψάμενος, τίθησι. Πολλαχοῦ γὰρ ἐν τῷ εἰρημένῳ συγγράμματι, Ἀρειανίζων καταλαμβάνεται, αὐτίκα περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου τὸν Δαβὶδ εἰσάγων λέγοντα. Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. Φησὶ τὸν μὲν Πατέρα καὶ ποιητὴν ὡς ποιητὴν καὶ παντηγεμόνα νομίζεσθαι βασιλικῷ προστάττοντα νεύματι. Τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα θεῖον Λόγον, ταῖς Πατρικαῖς ὑπουργοῦντα ἐπιταγαῖς. Καὶ μετά τινα λέγει τοῦτον ὡσανεὶ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ Σοφίαν, καὶ τὰ δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων βασιλείας καὶ ἀρχῆς ἐμπεπιστευμένον. Καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα, καὶ ὅτι ἐστὶν οὐσία τις προκόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γενητῶν δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη, καὶ ἃ Σολομὼν λέγει προσώπῳ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ ἑξῆς. Καὶ μεθ' ἕτερα πλείονα φάσκει· Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, οἷα Θεοῦ Λόγον προόντα καὶ πρὸ αἰώνων ἁπάντων οὐσιωμένον, τὴν σεβάσμιον τιμὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότα, προσκυνεῖσθαι ὡς ἂν Θεόν. Ταῦτα, καὶ ἕτερα δὲ τοῖς ἀρειανίζουσι δόγμασι δεικνύουσιν ὁμόφρονα τὸν Εὐσέβιον. Εἰ μή τις φαίη, πρὸ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτοῦ ποιηθῆναι τοῦτον τὴν συγγραφήν. Ἡ μὲν οὖν ἁγία Σύνοδος τὸ ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ δογματίσασα, καὶ τὸ θεῖον αὐτίκα τῆς πίστεως ἐξέθετο σύμβολον περὶ τοῦ Πα-

A tri coæternum. Nec ipſe tamen auctor hujus ſectæ extitit, ſed Origenes, qui præter plurimas alias perverſas opiniones, etiam unigenitum Dei filium, conditum eſſe, & a natura paterna diverſum, affirmavit: nec videre poſſe patrem, quemadmodum nec ipſe videri poſſit a ſpiritu. quæ deliramenta ex improbo cordis ſui theſauro eructat. Verum ea in ſolis chartis jacebant, tecta ſilentio, necdum vulgata: ſed Arius in conſpectum protulit, & in ædibus prædicavit, multis ad impietatem pertractis, & Eccleſiis tumultu ac diſſenſionibus impletis. Qua re cognita religioſiſſimus Imperator, provinciarum Epiſcopos Nicææ Bithyniæ urbe

B convenire juſſit. Congreſſis igitur cccxviii. ſanctis patribus, inter quos & ſacerdotes nonnulli fuere, & diaconi, atque etiam monachi: quin & Magnus Athanaſius, adhuc in claſſe diaconorum conſtitutus, illic aderat: ipſe etiam Chriſtianiſſimus Imperator Nicæum venit, & ſanctis Patribus aſſedit, & inquirere juſſit, quid diceret Arius, ac dijudicare, numquid a recta ſententia aberraret. Illi cum inquiſivissent, & accurate rem excuſſiſſent: Filium ejuſdem cum Patre naturæ, dignitatis & æternitatis eſſe decreverunt. Arium vero cum ſuis ſectatoribus e cœtu orthodoxorum publico præconio ejecerunt.

C Arii ſectam tum amplexabatur etiam Euſebius Pamphili Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, qui poſt deſciviſſe dicitur ab Ariana opinione. Alii conſenſiſſe cum iis qui Filium Patri coæternum, ejuſdemque naturæ eſſe docent, ac a ſanctis Patribus ad communionem receptum. In actis autem primi Concilii, etiam acriter defendiſſe fideles traditur. Hæc ſic a nonnullis expoſita reperiuntur, quæ ipſe in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria magis ambigua facit. In quo ſcripto ſæpe Ario favere deprehenditur, ac ſtatim in libri principio, Davidem citans, *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt*, ait, *Patrem & factorem, pro conditore ac duce*

D *univerſi haberi, qui regio nutu imperet. Sed ſecundum ab eo divinum Verbum patria exequi juſſa.* Poſt nonnulla item dicit: *Huic, ut Patris potentiæ & ſapientiæ, ſecundas partes regni & imperii in omnes eſſe creditas.* Et paulo poſt iterum: *Ac eſſe naturam quamdam, quæ ante mundum vixerit & ſubſtiterit, ac Deo & Patri univerſi in rerum factarum opificio miniſtrarit, & Solomon ſub perſona ſapientiæ Dei ait: Dominus condidit me principium viarum ſuarum, &c.* Deinde poſt alia plura infert: *Et ſuper hæc omnia, ſicut Dei Verbum, quod ante fuit, & ante ſæcula omnia factum eſt,*

E *venerabilem honorem a Deo Patre adeptum, adorari tamquam Deum.* Hæc & alia demonſtrant, Euſebium Ariana dogmata probaſſe. niſi quis dicat, id opus ante converſionem ab eo fuiſſe conſcriptum. Illud igitur ſanctum Concilium dogma de eadem natura & æternitate Filii ſtatuit, & divinum fidei Symbolum

LIBER XIII. Origenes hæreſiarcha.

Nicænum Concilium damnat Arium.

Edit. Pariſ. pag. 9.

Euſebius Pamphili utrum fuerit Arianus.

LIBER XIII. ſtatim edidit, de Patris & Filii divinitate diſſerendo, non ultra illud progreſſum: CUJUS REGNI NON ERIT FINIS. atque in illo deſiit: *Et in Spiritum ſanctum*. Nam Theologia de Spiritu ſancto, poſt in ſecundo Concilio contra Macedonium congregato, ea quæſtione agitata, adjecta eſt. At Imperator par Apoſtolis, Patrum concordia delectatus, dextram eis porrexit, & quorumdam qui ob Chriſti confeſſionem notas in corporibus ſuis gerebant, mutilata illa membra & partes deoſculatus eſt, eoſque ob mutilationes illas beatos pronunciavit. Libellos contra quoſdam Epiſcopos oblatos, neque legit, neque examinari paſſus eſt, ſed in conſpectu omnium igni abſumpſit, cum his verbis: *Etiam ſi ipſe Epiſcopum aliquem delinquentem viderem, purpura mea eum tegerem*. Inde ſanctos Patres in urbem regiam a ſe conditam traduxit, ut eam fauſtis comprecationibus proſequerentur, & ſecundum Patriarcham deligerent, Sanctum Alexandrum. nam inclytus Metrophanes obierat. Iis peractis, ad ſuam quemque parœciam dimiſit, honoribus & donis magnificis affectos. Imperatoris mater Sancta Helena grandis natu (nam octogeſimum ætatis annum attigiſſe perhibetur) in cæleſtes manſiones diſceſſit: quam filius in æde Sanctorum Apoſtolorum regaliter condidit. Suſcepta contra Perſas expeditione, triremibus Soteropolim defertur, quæ nunc Pythia vocatur: & natura calidis illius loci aquis uſus, ubi etiam toxicum, a fratribus patre dumtaxat eodem natis temperatum, hauſiſſe fertur. Unde Nicomediam profectus, diuturnitate morbi extinctus eſt, annos quinque & quinquaginta natus, cum duo & triginta imperaſſet. Ei filius Conſtantius, Antiochia profectus (nam ibi Perſis repugnabat) cum adhuc viventem inveniſſet, magnifice parentavit, & in Sanctorum Apoſtolorum æde, peculiari tamen portica ad id ædificata, ſepelivit. Memoratur autem inclytus hic Imperator pecuniam & citra delectum inſumpſiſſe, & minori cum delectu comparaſſe: ita ut ejus in largiendo ſtudium magnificentiæ non tribuatur, ſed contra: verum temperandum eſt calamo, ne quam divino illi viro labem aſpergam. Enimvero prophanus ille Julianus, in libro de Cæſaribus, quaſi per deriſum impenſarum Imperatoris religioſiſſimi, fingit Mercurium cum eo colloquentem, quærere, *quæ nam ſit boni Regis nota?* Cui ille reſpondeat, *Imperatori & habenda & inſumenda eſſe multa*. Fertur nec a ſtudiis doctrinarum fuiſſe alienus, ſed his quoque non minorem impendiſſe operam, quam armis. itaque & in diſſerendo acutum extitiſſe, ac neſcio quam veluti magicam orationis illius vim aures hominum demulſiſſe. Scribitur & oſor improborum fuiſſe: ac dicere ſolitus, Imperatorem nemini omnium, ne ſuis quidem propriis membris, parcere debere, publicæ tranquillitatis con-

Edit. Pariſ. pag. 10.

Conſtantini pietas erga Epiſcopos.

Sanctæ Helenæ obitus.

Conſtantini Magni obitus.

Conſtantini Magni mores.

Juliani ſcommata.

pag. 11.

A προσεῖτο τοῦ Υἱοῦ θεολογήσασα ἐν αὐτῷ. Καὶ μέχρι τοῦ, Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσαι τέλος, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τέλος ποιησαμένη. Η γὰρ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεολογία, μετέπειτα προσετέθη ἐν τῇ δευτέρᾳ Συνόδῳ τῆς περὶ τούτου γενομένης ζητήσεως, ἣ κατὰ Μακεδονίου συνῆπτο. Ο δ' ἰσαπόστολος Αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ὁμονοίᾳ ἡσθεὶς, ἐδεξιώσατο αὐτούς. Καί τινων δὲ ὑπὲρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ὁμολογίας φερόντων τὰ στίγματα ἐν τοῖς σώμασι, κατησπάζετο τὰ πεπηρωμένα τούτων μέλη καὶ μόρια. Καὶ αὐτοὺς διὰ τὰς πηρώσεις αὐτῶν ἐμακάριζε. Δοθέντων δὲ λιβέλλων αὐτῷ κατά τινων ἐπισκόπων, οὔτ' ἀνέγνω τού-B τους, οὔτ' εἰς ζήτησιν ἤνεγκεν· ἀλλ' ἐνώπιον ἁπάντων, πυρὶ αὐτοὺς ἀπετέφρωσεν· εἰπὼν, ὅτι Κἂν αὐτόπτης ἐγενόμην Ἀρχιερέως τινὸς ἁμαρτάνοντος, τῇ πορφυρίδι μου ἂν αὐτὸν συνεκάλυψα. Ἐκεῖθεν εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ κτισθὲν βασίλειον ἄστυ τοὺς θείους ἐκείνους μεταγαγὼν πατέρας, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν εὐλογίας ἀξιώσας αὐτὸ, καὶ χειροτονηθῆναι παρασκευάσας ἐν αὐτῷ δεύτερον Πατριάρχην, τὸν ἱερὸν Ἀλέξανδρον (ὁ γὰρ ἀοίδιμος Μητροφάνης μετήλλαξε τὴν ζωὴν) ἀφῆκεν ἕκαστον εἰς τὴν οἰκείαν ἀπελθεῖν παροικίαν, τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς μεγαλοπρεπῶς αὐτοὺς φιλοφρονησάμενος. Η δὲ τοῦ Βασιλέως μήτηρ ἡ μακαρία Ἑλένη, εἰς γῆρας βαθὺ καταντήσασα, (ὀγδοήκοντα γὰρ C λέγεται ζῆσαι ἐνιαυτοὺς) πρὸς τὰς οὐρανίους ἀπῆρε μονὰς, ἣν ὁ υἱὸς ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ναῷ βασιλικῶς ἐθησαύρισεν. Ἐκεῖνος δὲ κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύων, τριήρεσι κομίζεται εἰς τὴν Σωτηρόπολιν, ἣ νῦν ὀνομάζεται Πύθια· καὶ τοῖς ἐκεῖσε χρησάμενος αὐτομάτοις θερμοῖς ὕδασιν, ἔνθα καὶ φαρμάκου τε πιεῖν δηλητηρίου λέγεται παρὰ τῶν ὁμοπατρίων αὐτῷ κερασθὲν ἀδελφῶν, εἰς Νικομήδειαν παραγίνεται· ὅπου καὶ τελευτᾷ, νοσήσας ἐφ' ἱκανὸν, ἔτη γεγονὼς πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐνιαυτοὺς τριάκοντα πρὸς δυσὶν, ἐνδεόντων δύο μηνῶν. Ον ὁ υἱὸς Κωνστάντιος ἐξ Ἀντιοχείας παραγενόμενος (ἐκεῖ γὰρ ἦν τοῖς Πέρσαις ἀντιμαχόμενος) ἔ-D τι ζῶντα εὑρὼν, ἐκήδευσε μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κατέθετο ἱερῷ, ἐν ἰδιαζούσῃ μέντοι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ᾠκοδόμησεν. Ἱστόρηται δὲ ὁ ἀοίδιμος Αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος, ἀφειδῶς τε τὰ χρήματα ἀναλίσκειν, καὶ ταῦτα πορίζειν ἑαυτῷ ἀφειδέστερον. Ως μὴ μεγαλοπρέπειαν κρίνεσθαι τὸ περὶ τὰς δαπάνας φιλότιμον, ἄντικρυς δέ· ἀλλὰ μή τι φαῦλον ἐρῶ περὶ τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρός. Οθεν καὶ ὁ βέβηλος Ἰουλιανὸς ἐν τῷ περὶ τῶν Καισάρων λόγῳ αὐτῷ, ἀποσκώπτων ὥσπερ εἰς τὸν εὐσεβέστατον τουτονὶ Βασιλέα διὰ τὸ πολυδάπανον, πλάττεται τὸν Ἑρμῆν διαλεγόμε-E νόν οἱ, καὶ τί ἂν εἴη γνώρισμα Βασιλέως ἀγαθοῦ πυνθανόμενον· κἀκεῖνον πρὸς τὸ ἐρώτημα λέγοντα, πολλὰ κτήσασθαι χρῆναι τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ ἀναλίσκειν πολλά. Λέγεται δὲ μηδὲ λόγων ἀνομίλητος εἶναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτους ἐσπουδακέναι, οὔ τι μεῖον τῶν ὅπλων. Κἀντεῦθεν αὐτῷ τὴν γλῶτταν γενέσθαι πρὸς διάλεξιν εὔστομον, καί τινας ἴυγγας προσεῖναι αὐτῇ, καταθελγούσας τὰς τῶν ἀκροατῶν ἀκοάς. Ἀναγέγραπται δὲ καὶ μισοπόνηρος εἶναι, καὶ εἰωθὼς λέγειν, μηδενὸς τῶν ἁπάντων

τὰς

A τὰς τῶν κοινῶν πραγμάτων καταστάσεις ὄντας τῶν κρατούντων φείδεσθαι δεῖν, μηδὲ αὐτῶν τῶν οἰκείων μελῶν. Τοῖς δὲ μεταβαλλομένοις ἐκ πονηρίας φιλανθρώπως διατιθέμενος, ἔλεγεν, ὅτι τὸ νοσοῦν μέλος ἀποκοπτέον καὶ σηπτικὸν, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λυμαίνηται· εἰ μέντοι τῆς ὑγιείας ἤδη τυχὸν, ἢ καὶ ὑγιαζόμενον.

κβ'. Εωθεν οὖν ὁ ΜΙΧΑΗΛ εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλη-

B σίαν ἀφίκετο, ταινιωθησόμενος τῷ διαδήματι, δημοσίᾳ τε ἀναρρηθησόμενος, τὴν μιαιφονίαν μὴ λογιζόμενος, καὶ τῆς ἀναρρήσεως ἔτυχε. Τὴν δὲ τοῦ Λέοντος γαμετὴν καὶ τοὺς παῖδας, (τέσσαρες δ' ἦσαν, Σαββάτιος, ὃς ἐν τῷ ἀναγορεύεσθαι μετωνόμαστο Κωνσταντῖνος, Βασίλειός τε καὶ Γρηγόριος, καὶ τέταρτος Θεοδόσιος) τῶν βασιλείων ἀπαγαγὼν, τὴν μὲν ἐν τῇ μονῇ καθεῖρξε τῶν Δεσποτῶν, τοὺς δ' υἱοὺς τὴν Πρώτην καλουμένην νῆσον περιορίσας, ἅπαντας τῆς ἀρρενωπίας ἐστέρησε. Καὶ ὁ μὲν Θεοδόσιος ἔθανεν, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος ἀφωνίᾳ κάτοχος γέγονε· δι' ἣν ἐδέετο θερμότατα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ἐνδελεχῶς τῷ αὐτοῦ προσφυγὼν ἐκτυπώματι, περιαιρεθῆναι τὴν ἀφωνίαν αὐτοῦ· τῇ γὰρ ἐκπτώσει τῆς

C βασιλείας καὶ τῆς πατρικῆς κακοδοξίας οἱ παῖδες τοῦ Λέοντος συνεξέπεσον. Ἔδοξεν οὖν ποτὲ ὁ ἅγιος ἐν ὕπνοις ἐπιστῆναι αὐτῷ, κελεύων ἀναστῆναι καὶ ἀναγνῶναι, τὸ, Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός. Ὁ δὲ πεποιθὼς τῷ ὁράματι, εἰσῆλθεν ἐπ' Ἐκκλησίας, καὶ ἀνέγνω, μή τινος αὐτοῦ παρεμποδίζοντος τῇ φωνῇ. Εἰ δὲ καὶ περιγραπτοῖς ὁρίοις τὴν σύζυγον, ὡς εἴρηται, καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Λέοντος περιέγραψεν, ἀλλ' οὐκ ἀχορηγήτους κατέλιπε. Τινὰς δὲ τῶν κτήσεων αὐτῶν αὐτοῖς προσεκλήρωσεν, ἵν' ἐκ τούτων τὰ πρὸς χρείαν πορίζοιντο· καὶ τινας δὲ πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτοῖς προσαπένειμεν. Ὥρμητο μέντοι ὁ Μιχαὴλ οὗτος ἐξ Ἀμορίου, πόλεως τῆς ἄνω Φρυγίας, ἐν ᾗ Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἀθίγγανοι καὶ ἀσεβῶν ἑτέρων πλῆθος ἐγκατῴκιστο, καί τις ἐκ τούτων ἀνεκεκίνητο σύμμικτος αἵρεσις, ἧς συμμετέχειν καὶ

D αὐτὸς ὁ Μιχαὴλ λέγεται. Καὶ ἡ αἵρεσις τὸ μὲν θεῖον βάπτισμα δέχεται, τὴν δὲ Μωσαϊκὴν διαταγὴν διδάσκει τηρεῖν, ἐκτὸς τοῦ περιτέμνεσθαι τὴν ἀκροβυστίαν. Εἶχε δὲ καὶ Ἰουδαῖόν τινα κατ' οἶκον παιδοτριβοῦντα αὐτόν. Ὅθεν οὐκ ἄν τι παρ' αὐτῷ εὕρηται ἀκραιφνὲς, ἀλλ' ἦν, ὡς εἰπεῖν ὁ ἄνθρωπος πανσπερμία αἱρέσεων. Διὸ καὶ τῷ λόγῳ ἀπήχθετο, ὡς εἰς ἀνατροπὴν ὄντι τῆς κακοδοξίας αὐτοῦ. Ἀπορίᾳ δὲ συζῶν ἐκ νεότητος, ἐστρατεύετο. Ποτὲ τοίνυν τῷ Ταγματάρχῃ προσελθὼν περί του ἐδέετο. Τῷ δὲ ἔτυχέ τις Ἀθίγγανος παρεστὼς, καί φησι πρὸς τὸν στρατηγὸν, ἐν ἀπορρήτοις τὸν λόγον ποιούμενος, ὡς βασιλεύσει Ῥωμαίων οὗτος, ὃς σου δέεται νῦν. Καὶ ὃς αὐτίκα τῷ

E μαντεύματι θέμενος, οἰκειοῦται τὸν Μιχαὴλ, καὶ κηδεστὴν ποιεῖται ἐπὶ τῇ θυγατρί. Ἄρτι δὲ τῇ αὐταρχίᾳ ἐπιπηδήσαντος τοῦ Μιχαὴλ, ὡς ἱστόρηται, ὁ ἱερώτατος Νικηφόρος, ὁ Πατριάρχης ὑπερόριος ὢν, ἐπιστέλλει αὐτῷ, ἀξιῶν τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων γενέσθαι ἀναστήλωσιν. Ὁ δὲ μήτε τι καινοτομήσειν ἔφη περὶ τὴν πίστιν, μήδε τὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀλλοιώσειν κατάστασιν, ἀλλὰ μὴ δὲ βιάσασθαί τινα περὶ τὸ θεῖον δοξάζειν παρὸ βούλεται. Ἐν λό-

γοις δ' ἔμενε ταῦτα. Οὐ μετὰ πολὺ γὰρ τὴν γνώμην τὴν οἰκείαν δεδήλωκε, καὶ κατὰ τῶν Ὀρθοδόξων ἐχώρησε, καὶ πολλούς τε ἄλλους δεινοῖς περιέβαλε, πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸν θεῖον Μεθόδιον, καὶ τὸν τῶν Σάρδεων ἀρχιερατεύσαντα Εὐθύμιον ἐξορίᾳ παρέπεμψε, διὰ τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων τιμήν. Εἶτα τὸν μὲν Μεθόδιον καθείργνυσι κατὰ τὴν Ἀκρίταν· τὸν ἀοίδιμον Εὐθύμιον δὲ μαρτυρικῷ τελειοῖ θανάτῳ, ἀφειδῶς μαστιζόμενον παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεοφίλου. Ἐζήλου δ' ἐν ἅπασι τὸν Κοπρώνυμον, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις προσέκειτο, τὰ τε σάββατα νηστεύειν προσέταξε. Τῇ ἀναστάσει τε ἀπιστῶν, διεπτύθαζε τὰ μέλλοντα ἀγαθά, καὶ τοὺς Προφήτας διέσυρε, καὶ δαίμονας οὐκ εἶναι διεβεβαιοῦτο· πορνείαν τε οὐχ ἁμάρτημα ἡγεῖτο, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ὑμνεῖν διεκελεύετο. Τῷ δὲ Ἰούδᾳ σωτηρίαν ἐπεφήμιζε, καὶ τὸ Πάσχα κατὰ καιρὸν ἑορτάζεσθαι ἐδογμάτιζε. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῆς ἐκείνου κακίας ἢ καὶ ἀνοίας γνωρίσματα ξυγγεγράφαναι. Ὁ δὲ λόγος τὰ τότε ξυμβεβηκότα διδότω τῇ ἱστορίᾳ· τὰ δ' ἦσαν ἐμφύλιοι πόλεμοι. Ὁ δὲ τούτων κατάρξας Θωμᾶς ἦν, εἷς τῶν τριῶν τυγχάνων ἀνδρῶν, περὶ ὧν ὁ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ Μοναχὸς τῷ Βαρδάνῃ προέφησεν, ὡς ἄνω που εἴρηται, τοὺς μὲν δύο ἐπιβήσεσθαι τῆς βασιλείου ἀρχῆς, τὸν δέ γε τρίτον, ὃς (οὗτος ἦν ὁ Θωμᾶς) ἐπιχειρήσαι μὲν τυραννίδι, καὶ ἑαυτῷ περιθέσθαι διάδημα, μὴ μέντοι καὶ τῆς βασιλείας τυχεῖν. Οὗτος τοίνυν, ὡς ἤδη μοι εἴρηται, ἄρχων καταστὰς τοῦ τάγματος τῶν Φοιδεράτων παρὰ τοῦ Λέοντος, ὡς ἔγνω τὸν εὐεργέτην ἀναιρεθέντα παρὰ τοῦ Μιχαήλ, τῷ μὲν δοκεῖν τιμωρῶν ἐκείνῳ, τῷ δ' ὄντι τῆς βασιλείας καραδοκῶν, ἀντῆρε τῷ Μιχαήλ, καὶ συναλίσας δύναμιν οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἅπασαν σχεδὸν τὴν ἑῴαν μοῖραν ἐσφετερίσατο, καὶ τοὺς δημοσίους φόρους αὐτῷ κομίζεσθαι παρεσκεύασε. Καὶ πολὺς ἐντεῦθεν γενόμενος ἐπῆλθε καὶ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ἀδεέστερον τότε πᾶσαν ληϊζομένοις χώραν, καὶ τὰς νήσους αὐτὰς διὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον. Καὶ ἐπελθὼν ἀνέκοψεν αὐτοὺς τῆς φορᾶς, καὶ ἀνακόψας παρεστρατοπεδεύσατο, καὶ ἐς λόγους ἦλθεν αὐτοῖς, καὶ ἥκων εἰς λόγους, ἐσπείσατο, ἐπὶ συνθήκαις τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁρίων παραχωρῆσαι αὐτοῖς, εἰ τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς γένοιτο. Οὕτω δὲ ταῦτα διασκευασάμενος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναδησάμενος ταινίᾳ βασιλικῇ, καὶ Αὐτοκράτωρ ἀνερρήθη κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, παρὰ τοῦ τότε τὸν θρόνον αὐτῆς τὸν Πατριαρχικὸν ἔχοντος. Ἰὼβ δ' ἐκεῖνος ἐκέκλητο. Κἀκεῖθεν ὁρμηθεὶς σὺν μεγάλῳ στρατεύματι (εἶχε γὰρ συμμάχους οὐκ Ἀγαρηνοὺς μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν πλειόνων) τῇ τυραννίδι κραταιότερον ἐπεχείρησεν. Ἦν δὲ ὁ Θωμᾶς οὗτος οὐ τῶν εὐπατριδῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν ἀσήμων, καὶ τὸ γένος Βάρβαρος, καὶ ἀπορίᾳ συνέζησε τῇ ἐσχάτῃ, ὥστε καὶ δουλεύειν μισθοῦ. Ἀναχθεὶς δ' ὑπὸ τῆς τύχης, ὡς εἴρηται, καὶ τυραννίδι ἐπιχειρήσας, τὴν κλῆσιν μετέθετο, Κωνσταντῖνον ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας, ὡς ᾤετο, προσελάβετο υἱόν, εἰσποιητὸν οἰκειωσάμενός τινα. Τὴν δὲ Μιχαὴλ στρατιὰν κατ' αὐτοῦ ἐσταλκότος, συμβαλὼν ἐκείνοις αὐτῇ, τοὺς μὲν ἀνεῖλε, τοὺς δὲ φυγάδας ἀπέφηνε. Κἀντεῦθεν κραταιότερον τῆς τυραννίδος ἐπειλήπτο, καὶ στόλον ἐξαρτυσάμενος, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ βασιλικὸν ναυτικὸν ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, ἐξ Ἀβύδου πρὸς τὴν Θρᾴκην ἐπεραιώθη, καὶ τὰ τῆς ἑῴας ἅπαντα σχεδὸν ὑπηγάγετο, ἄνευ μέντοι τῶν Θεμάτων τοῦ Ὀψικίου, οὗ Καταξύλας ἐστρατήγει, καὶ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν· ὁ Ὀλβιανὸς δὲ τὴν στρατηγίδα τούτου εἶχεν ἀρχήν, ὃς δὴ λοχήσας καὶ τὸν τοῦ τυράννου εἰσποιηθέντα υἱὸν κατασχών, ἀνεῖλεν εὐθύς.

κγ'. Γενόμενος δ' ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ὡς εἴρηται, ὁ Θωμᾶς, προσθεμένους αὐτῷ τοὺς ξύμπαντας ἔσχηκεν. Αὖθις οὖν τὸ

quam vellet, de Deo ſentiret. Sed hæc verba fuere. Neque enim multo poſt, animo ſuo declarato, Orthodoxos oppugnavit, ac præter multos alios crudeliter tractatos, etiam in S. Methodium graſſatus, Euthymium Sardium Archiepiſcopum ob ſanctarum imaginum cultum in exilium miſit. Deinde Methodium in Acrita concluſit, Inclytum vero Euthymium a filio ſuo Theophilo crudeliter flagris cæſum, in Martyrum numerum retulit. Copronymum in omnibus imitans & Judæis addictus, Sabbata jejunari jubebat. Reſurrectionem mortuorum non credebat, eoque futura bona ſugillabat, & Prophetas irridebat, Dæmones eſſe pernegabat, ſcortationem peccatum non judicabat, Judæ ſalutem ominabatur. Paſcha alieno celebrari tempore affirmabat. Hæc pauca e multis improbitatis ac potius dementiæ illius indicia conſcribenda cenſui. Nunc oratio ad res geſtas & bella multa illorum temporum progrediatur. Thomas unus trium eorum de quibus Philomelienus ille Monachus Bardanæ vaticinatus fuerat, ut ſupra dictum eſt, quorum duo Imperio potituri eſſent, tertius (is vero Thomas erat) invaſurus ille quidem tyrannidem, & diadema ſibi impoſiturus, regni vero non compos futurus, ſeditionem excitavit. Is igitur, ut ante ſcriptum eſt, a Leone Fœderatorum legioni præpoſitus, ut principem de ſe bene meritum a Michaele cæſum cognovit, per ſpeciem necis illius vindicandæ, cum revera Imperium cogitaret, Michaelem eſt aggreſſus, coactiſque non contemnendis copiis, univerſas fere Orientales Provincias occupavit, & publica earum vectigalia ſibi afferenda curavit. Unde auctis opibus etiam Agarenos invaſit, qui tum omnes Provincias & ipſas Inſulas ob inteſtinum bellum audacius populabantur, eorumque impetum repreſſit, & caſtris prope poſitis, habitoque colloquio, pepigit, ſi Imperio potiretur, ſe Romanis finibus eis ceſſurum eſſe. His peractis, caput diademate regio ornat, & ab Jobo Antiocheno Patriarcha Imperator appellatur. Inde cum magno exercitu profectus, nec enim Agarenos dumtaxat, ſed & plures alias gentes ad belli ſocietatem aſciverat (tyrannidem majore animo invadit) Fuit hic Thomas non ex gente Patricia, ſed admodum obſcura eaque Barbara, tantaque inopia conflictata, ut mercede ſerviret. Sed a fortuna evectus, ut dictum eſt, regnoque affectato, Conſtantini nomen aſſumpſit, & filium adoptivum, Imperii conſortem, ut putabat, allegit. Cum exercitu Michaelis contra ſe miſſo congreſſus, aliis occiſis, aliis fugatis, tyrannidem ſtabilivit, & claſſe comparata, imo etiam claſſe Imperatoria potitus, Abydo in Thraciam trajecit, Orientalibus pene omnibus ſubactis, præter Opſicianam provinciam, cui Cataquilas, & Armeniacam, cui Olbianus præerat, qui tyranni adoptivum filium inſidiis exceptum, ſtatim ſuſtulit.

XXIII. Cum Thomas, ut dictum eſt, in Thraciam veniſſet, omnes

LIBER XV.

Edit. Pariſ. pag. 136.

Michaelis opiniones.

Thomæ ſeditio.

Thomæ natales.

Pag. 137.

Thomas Byzantium [illegible] tra oppugnat.

LIBER XV.

nes ad eum ſe contulerunt. Itaque Imperatorem denuo terra marique vicit, profligatis exercitibus, & in demortui filii locum, alium adoptavit, nomine Anaſtaſium, qui ſacro monachi habitu abjecto, civilem ſumpſerat, eoque redegit Michaelem, ut ferrea catena ex Acropoli in oppidulum e regione ſitum extenta, tyrannum prohibere conaretur, ne intro penetraret. Sed Thomas terra marique ſimul, impetu in urbem facto, catenaque facillime rupta: putabat, ſi a civibus tantum conſpiceretur, fore ſibi ob Imperatoris odium aperta omnia. Quum autem viros fortes ſe præberent, qui urbem tuebantur, ſpe dejectus, tum quidem receſſit, ac vallum munivit circa Sacram Sanctorum Anargyrorum Ædem, qui locus Paulini vocatur. Diebus aliquot elapſis, Urbem denuo terra marique oppugnat, machinis & ſcalis adhibitis. Ut vero ſe omnem operam & impenſam ludere vidit: tunc frigida Thracia relicta (nam hyems erat) exercitum in provincias diſtribuit, ut ibi otio recreati, hyemis ſæviriam evitarent. Sub veris initium, legiones denuo utrinque contra Urbem adduxit, eamque & pedeſtribus & navalibus copiis circumdedit. Sed & Michael interea & claſſem & milites comparat, ſuoſque cohortatus, pluribus portis ex improviſo impetum in tyranni copias fecit. Illi vero & inexpectata aggreſſione, & audacia hoſtium territi, terga dederunt, multiſque cæſis victoria penes Urbanos fuit. Ac terra ſic actum eſt cum deſertore, marique nihilo melius. Nam tyranni naves, quum Imperatoriam claſſem contra ſe ire vidiſſent, non reſtiterunt, ſed congreſſu evitato, aſſidua remigatione ad continentem appulerunt: ibi alii diffugerunt, alii ad Michaelem defecerunt. Verum deſertor tyrannidem adhuc urgebat, neque vallo ſoluto, & claſſe quam in Græcia paratam habebat, accerſita. Quæ quum veniſſet, & juxta Byridas, naves ſubductæ eſſent, Michaelis claſſiarii ea re cognita, noctu eas aggrediuntur, & quaſdam hoſtilium navium ceperunt, & quaſdam igni Græco incenderunt, ut perpaucæ admodum ſupereſſent. Terra autem crebra prælia fiebant, Theophilo Imperatoris filio duce, ſed æquo fere Marte pugnabatur, victoria ad neutram partem inclinante. Interea vero aliquid accidit, quo res illius Thomæ labefactatæ ſunt. Nam rumore defectionis Thomæ, & urbis obſidionis paſſim ſparſo, Mortagon Bulgarorum Princeps, qui annorum triginta inducias cum Leone fecerat, Romanis amicus, ultro ſuppetias Imperatori venit, caſtris ad Cedoctam locatis. Ea res deſertorem turbavit. Nam quum e re ſua eſſe non putaret, ut ſimul & Urbem oppugnaret, & cum Bulgaris dimicaret, quod diviſa copiæ, neutris par futurus eſſet: contra Bulgaros cum omni exercitu eſt profectus, pugnaque commiſſa victus, multos ſuorum amiſit partim cæſos, partim

Thomas a Michaele terra marique vincitur.

Edit. Pariſ. pag. 238.

Bulgari ultro Thomam invadunt.

A Βασιλέως κατά τε γῆν αὐτοῦ συμμίξαντος καὶ κατὰ θάλασσαν, καὶ ἀμφοῖν τὰς στρατιὰς ὁ τύραννος ἐτρέψατό τε καὶ διεσκέδασε, υἱοθετήσατο δ' ἕτερον, τοῦ προτέρου τελευτήσαντος, ὡς εἴρηται, Ἀναστάσιον μὲν καλούμενον, μοναχὸν δ' ὄντα, καὶ τὸ μὲν σχῆμα τὸ θεῖον ἀποδυσάμενον, στολὴν δὲ κοσμικὴν μεταμφιασάμενον. Ἐς τοῦτο δ' ἦλθεν ἀπορίας ὁ Μιχαὴλ, ὡς σιδηρᾶν ἐκτεῖναι σειρὰν ἐξ Ἀκροπόλεως εἰς τὸ κατ' ἀντιπέρας πολίχνιον, ἵν' ἄβατον τοῖς τοῦ τυράννου φυλάττοιτο τὸ ῥεῦμα. Ἀλλ' ὁ Θωμᾶς ὁμοῦ τῇ πόλει προσέβαλε κατά γε γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ τὴν σιδηρᾶν ἐκείνην ῥᾷστα διαρρήξας σειράν, καὶ ᾤετο εἰ μόνον φανείη, τοὺς ἐν τῇ πόλει διὰ τὴν πρὸς τὸν κρατοῦντα ἀπέχθειαν, ἀμαχὶ τὴν εἴσοδον αὐτῷ παρέξειν.
B Ἐπεὶ δ' ἐρρωμένους εὗρε τοὺς ἔνδον πρὸς τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη, τότε μὲν ἀνεχώρησε, καὶ βάλλεται χάρακα κατὰ τὸ τῶν θείων Ἀναργύρων ἱερὸν τέμενος· ὁ τόπος δὲ τοῦ Παυλίνου ὠνόμαστο. Ἡμερῶν δέ τινων διαγενομένων, καὶ κατὰ χέρσον αὖθις καὶ κατὰ θάλασσαν ἐπήγαγε τῇ πόλει τὸν πόλεμον, ἑλεπόλεις τε καὶ κλίμακας ἐπαγόμενος. Ὡς δ' ἑώρα τὰς σπουδὰς αὐτοῦ πανταχόθεν ἀνηνύτους, τότε μὲν τὸν ψυχρὸν ἐκτρεπόμενος Θρᾴκιον (χειμὼν γὰρ ἦν) τὴν στρατιὰν αὐτοῦ ταῖς χώραις διένειμεν, ἐν ταύταις σχολάζουσαν, καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ἐκφευξομένην δριμύτητα. Ἄρτι δὲ τοῦ ἔαρος ἐφεστῶτος, καὶ πάλιν προσῆγε καὶ ἀμφοτέρωθεν τῇ πόλει τὴν στρατιὰν, καὶ περιεκύκλου τὰ τείχη τῷ τε πεζῷ στρατεύματι καὶ τῷ ναυτικῷ. Ἤδη δὲ καὶ τῷ
C Μιχαὴλ ἡτοίμαστο καὶ στόλος καὶ στράτευμα. Λόγοις οὖν παρακλητικοῖς τοὺς οἰκείους παραθαρρύνας ὁ Βασιλεὺς, ἀθρόον ἐκ πλειόνων πυλῶν ἐξάγει τούτους, καὶ συρρήγνυται τῷ τοῦ τυράννου λαῷ. Οἱ δὲ τῷ αἰφνιδίῳ καὶ τῷ θράσει τῶν ἐπιόντων ἀποδειλιάσαντες, τὰ νῶτα μεταβάλλουσι, καὶ ἔπεσον πολλοί, καὶ ἡ νίκη τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἦν. Τὰ μὲν οὖν κατὰ χέρσον οὕτω συνηνέχθη τῷ ἀποστάτῃ· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τὰ κατὰ θάλασσαν κάλλιον ἔσχεν αὐτῷ. Τὰς γὰρ βασιλικὰς τριήρεις αἱ τοῦ τυράννου ναυτικαὶ θεασάμεναι ἐπιούσας αὐταῖς, οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' εὐθὺς, τὴν συμπλοκὴν μὴ θαρρήσασαι, εἰρεσίᾳ συχνῇ πρὸς τὴν χέρσον κατήγοντο, καὶ αἱ μὲν ἀπεδίδρασκον, αἱ δὲ τῷ Μιχαὴλ αὐτομολοῦντες προσετίθεντο. Ὁ δὲ ἀποστάτης, ἔτι τῆς τυραννίδος ἀντείχετο, καὶ οὔτε τὸν χάρακα ἔλυσε, καὶ
D τὸ ἐν Ἑλλάδι ἑτοιμασθὲν αὐτῷ ναυτικὸν μετεπέμψατο, καὶ τοῦτο παρῆν κατὰ Βυρίδας ναυλοχησάμενον. Ὃ γνόντες οἱ τοῦ στόλου τοῦ Μιχαὴλ, νυκτὸς αὐτοῖς ἐπιτίθενται, καί τινας μὲν ᾑρήκασι τῶν πολεμίων νεῶν, ἑτέρας δὲ τῷ ὑγρῷ πυρὶ παραδεδώκασιν, ὡς ὀλίγας περιλειφθῆναι. Κατὰ γῆν δὲ συχναὶ μὲν ἐγίνοντο προσβολαί, Θεοφίλου τοῦ υἱοῦ τοῦ Βασιλέως τοῦ λαοῦ προεξάρχοντος· ἀγχώμαλα δὲ τοῖς ἐναντίοις ἦσαν τὰ πράγματα, καὶ οὐδετέρῳ μέρει καθαρῶς ἡ νίκη ἐπεμερίζετο. Ἐν τοσούτῳ δέ τι συμβὰν, τοῦ Θωμᾶ τὰ πράγματα ἔσφηλε. Τῆς γὰρ φήμης πανταχοῦ τὴν τοῦ Θωμᾶ σκεδασάσης ἀποστασίαν, καὶ τὴν πολιορκίαν τῆς πόλεως, Μορτάγων ὁ τῶν Βουλγάρων κατάρχων, σπονδὰς ἐπὶ τοῦ Λέοντος τριακονταετεῖς θέμενος, καὶ φιλίως τοῖς Ῥωμαίοις ἔχων, αὐτεπάγγελτος ἧκε συμμαχήσων τῷ
E Βασιλεῖ, καὶ στρατοπεδεύεται κατὰ τὰ Κηδούκτου. Τοῦτο τὸν ἀποστάτην ἐθορύβησε. Κρίνας δὲ ἀσύμφορον ἑαυτῷ, ἅμα τε καὶ πολιορκεῖν, καὶ τοῖς Βουλγάροις ἀντιστρατεύσασθαι, (μερισθείσης γὰρ αὐτῷ τῆς δυνάμεως, οὐκ ἀξιόμαχον ἑαυτὸν ἑκατέρῳ τυγχάνειν ᾤετο) κατὰ τῶν Βουλγάρων ἐχώρησε παντὶ τῷ στρατεύματι, καὶ συμβαλὼν ἡττᾶται, καὶ πολλοὺς μὲν ἀποβάλλει τῶν

ἑαυτοῦ, τοὺς μὲν φθαρέντας, τοὺς δὲ καὶ ἁλόντας. Ὅσοι δέ γε τόν τε βαρβαρικὸν κίνδυνον ἐξέφυγον, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν διέφυγον, τὸ μέλλον καραδοκοῦντες, ἡσύχαζον. Οἱ Βούλγαροι δὲ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ λείαν πολλὴν ἐπαγόμενοι, ἀνεζεύγνυον τῇ νίκῃ γαυρούμενοι. Ταύτην τὴν ἧτταν τοῦ ἀποστάτου ὅσον ἐκ τοῦ στόλου αὐτοῦ περιελέλειπτο ἐγνωκός, πρὸς τὸν Μιχαὴλ ηὐτομόλησεν. Ἐν τούτοις δὲ ὁ τύραννος γεγονώς, καὶ πάντοθεν ἐξασθενήσας, ὅμως ἔτι τῆς πολιορκίας οὐκ ἐπαύσατο. Ἀλλὰ καὶ αὖθις μηδὲν ἀνύων, ἀπανίσταται μὲν τῆς προσεδρείας τῆς πόλεως, ἄπεισι δὲ πορρωτέρω, καί τινα τόπον ἐρυμνὸν ἐπιτήδειον, ἐν τούτῳ βάλλεται χάρακα, κἀκεῖθεν ὁρμώμενος ἐλῄζετο τῆς πόλεως τὰ προάστεια, καὶ τὰς τούτων ἐκραΐζε χάριτας. Ἐπῆλθε τοίνυν τούτῳ ὁ Μιχαήλ, καὶ μάχης συγκροτηθείσης, οἱ τοῦ Θωμᾶ ἑκόντες ἐτράπησαν εἰς φυγήν, καὶ οἱ μὲν τῷ Μιχαὴλ προσερρύησαν, οἱ δ' ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἀπῄεσαν ἕκαστοι. Ὁ δέ γε τύραννος μετὰ βραχίστων εἰς Ἀδριανούπολιν ἄπεισι, καὶ ὁ Μιχαὴλ αὐτῷ κατ' ἴχνος ἀκολουθεῖ, καὶ πολιορκεῖ τὴν πόλιν, οὐχ ἑλεπόλεσιν, ἀλλὰ σπάνει τῶν ἀναγκαίων. Καὶ οἱ τῆς πόλεως τῷ λιμῷ πιεζόμενοι, ἀμνηστίαν τῶν ἐπταισμένων ἐκ τοῦ Βασιλέως ᾐτήσαντο, καὶ ταύτης τυχόντες, δεσμοῦσι τὸν Θωμᾶν, καὶ παραδιδόασι τῷ Μιχαήλ. Ὁ δὲ ἀφαιρεῖται αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, καὶ ὄνῳ ἐπιβιβάσας θριαμβεύει τὸν ἄτιμον θρίαμβον. Εἶτα περὶ συνιστόρων πυνθάνεται, καὶ πολλοὺς ἂν ἐκεῖνος ἐξεῖπεν, εἰ μὴ ὁ Ἐξαβούλιος ὁ Πατρίκιος τὴν ὁρμὴν τοῦ Βασιλέως ἀνέκοψε, φάμενος, Μὴ χρῆναι πιστεύειν κατὰ τῶν φίλων ἐχθροῖς. Ὁ δέ γε Θωμᾶς ἄλλοτε ἄλλαις τιμωρίαις ὑποβαλλόμενος, βιαιότατα κατέλυσε τὴν ζωήν. Καὶ ὁ τούτου δὲ εἰσποιητὸς υἱὸς εἰς τὸ τῆς Βιζύης πολίχνιον προσφυγών, παρὰ τῶν οἰκητόρων τοῦ φρουρίου δεθεὶς προσήχθη τῷ Βασιλεῖ, καὶ ὁμοίως τῷ πεπλασμένῳ πατρὶ κολασθείς, βιαίως καὶ αὐτὸς ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Θωμᾶ ἐπανάστασις τοῦτον τὸν τρόπον κατηυνάσθη. Αἱ δὲ Θρᾳκικαὶ πόλεις αἱ παράλιοι, κἀκείνου παρελθόντος, ἔτι τῆς στάσεως εἴχοντο, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸ Πάνιον καὶ ἡ Πέρινθος (οὕτω γὰρ πάλαι ὠνόμαστο ἡ Ἡράκλεια) ἐστασίαζον δ' ἔτι μίσει τῷ πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα. Ἀλλὰ τὸ μὲν Πάνιον σεισμῷ τοῦ τείχους αὐτοῦ πεσόντος, ἑάλω, ἡ δὲ Ἡράκλεια διὰ τῆς θαλάσσης γέγονεν ἁλωτή. Ταῦτα τοίνυν κατορθώσας ὁ Μιχαήλ, ὑπέστρεψε τροπαιοφορῶν, καὶ ἱππικοῦ τελουμένου ἀγῶνος, τοὺς τῷ Θωμᾷ τὴν τυραννίδα συμπράξαντας ὄνοις ἐφεζομένους εἰσαγαγὼν εἰς τὸ θέατρον, ὑπερορίαν αὐτῶν κατεδίκασε, μὴ τὸ πλέον κολάσας αὐτούς, εἰ μή τινας δύο τὸν Χοιρέαν καὶ τὸν Ζαγορηνόν, μὴ πειθομένους μηδὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ Θωμᾶ παραδοῦναι τὰ φρούρια, ἃ κατεῖχον, ἑλών, καὶ ἀνασκολοπίσας ἀπέκτεινε.

κδʹ. Τῇ γὰρ ἀποστασίᾳ τῇ τοῦ Θωμᾶ καὶ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀσχολουμένων δυνάμεων, ἄδειαν εὑρηκότες πᾶσαν οἱ πρὸς ἑσπέραν Ἀγαρηνοί, οἳ τὸν τῆς Ἰβηρίας οἰκοῦσι κόλπον, καὶ λέγονται Ἱσπανοί, τῷ σφετέρῳ προσίασιν ἀρχηγῷ, ὃν αὐτοὶ καλοῦσιν Ἀμερμουμνῆ, καὶ ᾐτοῦντο ἀποικίαν στείλασθαι, διὰ πλῆθος στενοχωρούμενοι. Κἀκεῖνος κατένευσε, καὶ τούτους παραλαβὼν σὺν τριήρεσιν ἀπέπλευσε, τὰς ὑπὸ Ῥωμαίους νήσους περιελθὼν καὶ ληϊζόμενος. Ὡς δ' ἧκε καὶ εἰς τὴν Κρήτην, καὶ τὸ ταύτης ἔγνωκε πάμφορον, τοὺς μὲν πλείστους εἰς λείαν ἐξέπεμψεν, αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων εἰς φυλακὴν δῆθεν παραλειφθεὶς τῶν νηῶν, πῦρ ἐνέβαλε κατ' αὐτῶν, καὶ πάσας ἐνέπρησε. Τεθορυ-

LIBER XV.

captos. Qui vero & Barbaricum enſem, & captivitatem effugerant, exſpectatione rerum futurarum ſuſpenſi, quieverunt. Bulgari, captivis & magna præda adducta, elati victoria, receſſerunt. Ea clade deſertoris cognita, claſſis ejus reliquiæ ad Michaelem defecerunt. Eo rerum ſtatu tyrannus, etſi vires ejus undique minuebantur, tamen ab obſidione non recedebat: ſed cum ne tum quidem quicquam proficeret, omiſſa Urbe longius abſcedit, & locum opportunum nactus, vallum communit, atque inde ſuburbana diripit, eorumque amœnitatem vaſtat. Sed Michaele eum aggreſſo, commiſſaque pugna, Thomæi de induſtria in fugam verſi, partim ad Imperatorem ſe contulerunt, partim ad ſua redierunt. Tyrannus cum pauciſſimis Adrianopolim abit, quem Michael a veſtigio inſecutus, Urbem non machinis, ſed annonæ penuria oppugnat. Cives urgente fame, petita delictorum ab Imperatore venia & impetrata, Thomam vinctum ei tradunt. Is ei & manus & pedes amputat, & aſino impoſitum ignominioſo triumpho circumducit. Poſtea de conſciis quærit, quorum ille multos nominaſſet, niſi Hexabulius Patricius Imperatoris impetum hoc dicto repreſſiſſet, Inimicis amicos deferentibus non habendam eſſe fidem. Thomas vero alias aliis tormentis excruciatus, miſerrime expiravit. Adoptivus item ejus filius, quum in Bizyam oppidum confugiſſet, a caſtelli habitatoribus vinctus, ad Imperatorem eſt adductus, & eodem quo fictitius pater ſupplicio affectus, violenter & ipſe periit. Thomæ ſeditione ad hunc modum compreſſa, maritimæ Thraciæ civitates nihilominus, etiam illo ſublato, motum eum urgebant, ac præ cæteris Panium & Perinthus, (ſic enim Heraclea olim appellata eſt) idque Imperatoris odio factum. Cæterum, Panium, mœnibus terræ motu collapſis, captum eſt, Heraclea mari expugnata. Michael his rebus bene geſtis, triumphans in urbem rediit, & ludis Circenſibus Michaelis adjutores aſinis inſidentes in theatrum introductos, ſola relegatione contentus, gravioribus ſuppliciis non affecit, duobus exceptis Choerea & Zagoreno, qui quum caſtella quibus præerant, ne poſt Thomæ interitum quidem tradere vellent, iis expugnatis, in crucem acti ſunt.

Thomæ crudelis interitus.

Edit. Pariſ. pag. 139.

Panium & Heraclea captæ a Michaele.

XXIV. Dum Romanæ copiæ, Thomæ defectione, belliſque civilibus occupantur. Agareni occidentales, ſinus Iberici incolæ, qui Hiſpani vocantur, arrepta occaſione, a ſuo Duce, quem Amermumnem vocant, locorum coacti anguſtiis, petierunt, ut coloniam deduceret. Annuit ille, & cum eis triremibus impoſitis ſolvit, inſulaſque Romanas obiens populatur. Ut autem in Cretam quoque venit, ejus fertilitate cognita, maximam partem prædatum mittit, ipſe cum paucis ad navium cuſtodiam relictus, igne injecto omnes cremat. Ob quod fa-

Agareni ex Hiſpania in Cretam trajiciunt.

LIBER XV.

ctum Agarenis tumultuantibus, & cauſam ejus requirentibus, Achaps (id enim duci eorum nomen erat) *Coloniam*, inquit, *petiiſtis: En regionem lacte & melle manantem. Hanc occupate & incolite*. Cum vero illi dicerent, *Noſtra vero chariſſima ubi ſunt?* Reſpondit, *Mulieres ſunt, e quibus paulo poſt liberos ſuſcipietis*. His Agareni perſuaſi, inſula ſubacta, indigenas in ſervitutem redegerunt.

Cyrillus Gortynius Epiſcopus Martyr.

Edit. Pariſ. pag. 140.

Michaelis ſecundæ nuptiæ.

Quo tempore Cyrillur Gortynius Epiſcopus pro Chriſti defenſione Martyrii coronam accepit. Interea Imperator, uxore mortua, ſe a ſecundis nuptiis abhorrere palam præ ſe ferens, clam ad Senatus principes miſſitando perfecit, ut ipſi peterent, ut alteram duceret uxorem. Ea ſimulatio, honeſta ſpecie non carebat. Neque enim convenire, ut ipſi ab Imperatore regerentur, uxores vero ſuæ Imperatricem non haberent. Michael eam petitionem principio tergiverſando repulit, ſed illis inſtantibus fidem ſibi dari petiit, ſi vellent ut Imperatricem duceret, ut eam ſe quoque mortuo Imperatricem agnoſcerent, & liberos ea natos ut Imperatores honorarent. Quæ cum Senatus ſcripto promiſiſſet, & ipſe de ficta illa pertinacia deceſſit, uxore ducta Euphroſyna, quæ filia Conſtantini Imperatoris, quem mater Irene (ut diximus) excæcavit, eſſe dicebatur, & multo ante tonſa inter Monachas religioni in Inſula Principis dedita, a primo capillo vitam agebat.

Antonius Caſſimatas Patriarcha.

Patriarcha Theodoro mortuo, qui ſex annos Eccleſiæ impie præfuerat, Antonius cognomento Caſſimatas in ejus locum eſt ſuffectus, perverſa & ipſe religione præditus.

Agareni Cretenſes imperatorias claſſes profligant.

Imperator miſſa contra Agarenos in Cretam claſſe, victus eſt, quique cladi ſuperfuerant, ipſi nuntium id attulerunt. Poſt, aliam ingentem claſſem contra eoſdem mittit, duce Cratero, qui principio rem contra Agarenos bene geſſit, multis eorum captis & interfectis. Deinde & ipſe & ejus milites victoria freti, quaſi adverſariis jam enervatis, neque umquam auſuris ipſos aggredi, ſe voluptati & poculis dediderunt, eaque nocte ſine excubiis comeſſati otioſe dormierunt. Quo hoſtes intellecto, noctu eos cum maximo clamore adorti, omnes ita cæciderunt, ut vix nuntius cladis ſupereſſet. Nam & ipſe claſſis præfectus Craterus, quum in nave mercatoria fugiſſet, captus, atque in crucem actus eſt.

Ooryphas Agarenos coercet.

Poſt hæc, alia claſſis Ooryphæ cuidam eſt commiſſa, qui inſulas obiens, piraticarum navium impetum, iis ſpoliandis, repreſſit, & Cretenſium quoque priorem ferociam compeſcuit.

Sicilia per Euphemium Agarenis prodita.

In Sicilia quoque, alia mota eſt ſeditio. Nam quidam populi princeps Euphemius, Monacham quamdam, cujus inſano amore flagrabat, rapuit. Qui cum a Prætore ad ſupplicium quæreretur, ad Africæ Amyram confugit, eique pollicitus eſt, ſe Siciliam proditurum, & magna tributa penſurum, ſi Romanorum Imperator appellaretur. Ille hominem voti compotem facit, magnis copiis datis. qui-

pag. 141.

A βημένων δὲ τῶν Ἀγαρηνῶν διὰ τοῦτο, καὶ τὴν αἰτίαν ζητούντων, ὁ Ἀχαψ (οὕτω γὰρ ὁ σφῶν ὠνόμαστο ἀρχηγός) Ἀποικίαν ᾐτεῖτε, φασίν, ἰδοὺ τοίνυν χώραν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, καὶ ταύτην κατασχόντες οἰκήσατε. Ἐκείνων δὲ εἰπόντων, Καὶ τὰ φίλτατα, ποῦ; ὁ Ἀχαψ, Ἐνταῦθα γυναῖκες εἰσίν, ἀνθυπήνεγκεν, ἐξ ὧν γεννήσονται καὶ παῖδες ὑμῖν οὐ μετὰ μακρόν. Τούτοις πεισθέντες οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ, τήν τε νῆσον ὑφ᾽ ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο, καὶ τοὺς αὐτογενεῖς ἐδουλώσαντο. Ὅτε καὶ Κύριλλος ὁ Γορτύνης Ἐπίσκοπος, ἀθλήσας ὑπὲρ Χριστοῦ, μαρτυρίῳ ἀνεδήσατο στέφανον. Θανούσης δὲ τῆς συζύγου τῷ Βασιλεῖ, ἐκεῖνος ὑπεκρίνετο μὲν εἰς τὸ προφανὲς δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις μὴ βούλεσθαι, κρύβδην δὲ πρὸς τοὺς ἐξόχους τῆς Γερουσίας διαπεμπόμενος, ἀξιοῦσθαι

B παρ᾽ αὐτῶν παρεσκεύαζεν ἑτέραν τοῦ βίου κοινωνὸν εἰσοικίσασθαι. Καὶ ἡ σκῆψις ὡς εὐπρεπής· δεινὸν γὰρ ἔφασαν εἶναι ἡμᾶς μὲν βασιλεύεσθαι παρὰ σοῦ, τὰς δ᾽ ἡμῶν συνεύνους Βασιλίδος στερίσκεσθαι. Ὁ δὲ πρότερον μὲν ἀκκιζόμενος, τὴν ἀξίωσιν οὐ προσίεται. Λιπαρούντων δ᾽ ἐκείνων, πίστεις ἐξ αὐτῶν ἀπῄτει, εἰ βούλοιντο ἀγαγέσθαι αὐτὸν Βασιλίδα, ὡς καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ Βασιλίδα ταύτην ἕξουσι, καὶ τὰ ἐκ ταύτης αὐτῷ φυσόμενα, ὡς Βασιλέας τιμήσουσι. Ταῦτα δὲ τῶν τῆς Συγκλήτου ἐγγράφως αὐτῷ ἐπαγγειλαμένων, κἀκεῖνος ἐνδίδωσι δῆθεν τῆς πεπλασμένης ἐνστάσεως, καὶ εἰσοικίζεται γυναῖκά τινα, θυγατέρα λεγομένην γενέσθαι τοῦ βασιλεύσαντος Κωνσταντίνου, ὃν ἡ μήτηρ Εἰρήνη, ὡς ἤδη ἱστόρηται, ἐξετύφλωσεν. Ἦν δ᾽ ἡ γυνὴ κεκαρμένη

C πρὸ πλείστου, καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ Πριγκίπου ταῖς ἀσκουμέναις ἐκεῖ μοναχαῖς ἐκ πρώτης τριχὸς συγκατείλεκτο, καὶ ἡ κλῆσις αὐτῇ Εὐφροσύνη. Τοῦ Πατριάρχου δὲ Θεοδότου θανόντος, ὃς ἓξ ἔτη ἀσεβῶς τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτησεν, Ἀντώνιος προχειρίζεται, ᾧ Κασσιματᾶς τὸ ἐπώνυμον, καὶ οὗτος δὲ τὴν περὶ τὴν πίστιν δόξαν διέστραπτο. Ὁ μέντοι Βασιλεὺς στόλον ἐξέπεμψε κατὰ τῶν τὴν Κρήτην κατασχόντων Ἀγαρηνῶν. Ἡττήθη δὲ, καὶ οἱ περιλειφθέντες ἐπανῆλθον τῆς ἥττης αὐτάγγελοι. Εἶτ᾽ αὖθις ἕτερον πολὺ ναυτικὸν ἑτοιμασάμενος ἔστειλε, τούτῳ στρατηγὸν ἐπιστήσας τὸν Κρατερόν, ὃς συμβαλὼν τοῖς ἐν Κρήτῃ Ἀγαρηνοῖς, πρότερον μὲν εὐτύχησε, πολλοὺς ἐκείνων καὶ ζωγρήσας καὶ ἀνελών. Εἶτα τῇ νίκῃ τεθαῤῥηκὼς ἐκεῖνός τε,

D καὶ ὁ ὑπ᾽ ἐκεῖνον λαός, ὡς ἤδη τῶν ἐναντίων ἐκνενευρισμένων, καὶ μὴ ἄν ποτε προσβαλεῖν αὐτοῖς τολμησάντων, ἀνέσει ἑαυτοὺς καὶ πότοις ἐξέδωκαν, καὶ ἀφυλάκτως ἐκώμαζον ὑπνοῦντές τε κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην συνέρρεσαν ὕπνῳ πολλῷ. Ἅπερ κατανοήσαντες οἱ πολέμιοι, νυκτὸς αὐτοῖς ἐπῆλθον μετὰ μεγίστου ἀλαλαγμοῦ, καὶ πάντας διέφθειραν, ὡς μικροῦ μηδ᾽ ἄγγελον περιλειφθῆναι τῆς συμφορᾶς. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ τοῦ στόλου ἐξάρχων ὁ Κρατερὸς ἐν πλοίῳ ἐμπορικῷ φυγὰς ἀπιὼν, κατελήφθη, καὶ ἀνεσκολοπίσθη. Ἕτερος δέ τις αὖθις Ὠορυφᾶς καλούμενος ναυτικοῦ προσταχθεὶς ἑτέρου, ἐπιὼν τὰς νήσους, καὶ ταῖς πειρατικαῖς ναυσὶ τῶν Ἀγαρηνῶν συνεπλέκετο, καὶ τὴν τέως ῥύμην τὴν πρὸς προνομὰς ἀνέκοπτε, καὶ τοὺς ἐν τῇ Κρήτῃ τοῦ προτέρου θράσους ἀνέστειλε. Καὶ κατὰ Σι-

E κελίαν δὲ στάσις ἑτέρα ἐκεκίνητο. Ἀνὴρ γάρ τις Εὐφήμιος λαοῦ κατάρχων τινός, ἔρωτι περιμανεῖ μοναζούσης ἐλήφθη τινός, καὶ ταύτην ἅρπαγμα τίθεται. Ἐζήτει τοίνυν τοῦτον ὁ στρατηγός, διὰ τὸ ἁμάρτημα κολασθησόμενον. Ὁ δὲ διὰ τοῦτο τῷ τῆς Ἀφρικῆς Ἀμηρᾷ προσφυγὼν, προσελήλυθε, καὶ οἱ προδώσειν τὴν Σικελίαν ὑπισχνεῖτο, καὶ φόρους αὐτῷ παρέχειν πολλοὺς, εἰ Βασιλεὺς ἀναῤῥηθείη Ῥωμαίων. Καὶ ὁ μὲν τὴν ἔφεσιν ἐκείνου πληροῖ, καὶ δύναμιν αὐτῷ δίδωσι βαρεῖαν. Ὁ δ᾽ Εὐφήμιος αὐτῷ τὴν Σικελίαν προδίδωσι.

Digitized by Google

Καὶ ἡ μὲν ὑπὸ τοὺς Ἀγαρηνοὺς τὸν τρόπον τοῦτον ἐγένετο. Ὁ δ' Εὐφήμιος οὐ μετὰ μακρὸν δίκην ἐκτίνει τῆς οἰκείας παρανομίας καὶ ἀπονοίας, καὶ στερίσκεται τῆς ζωῆς, ἀναιρεθεὶς βιαιότατα. Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ καὶ μῆνας ἐννέα ἀπολαύσας τῆς βασιλείας, φρενίτιδι νόσῳ καὶ ἐπισχέσει τῶν οὔρων, ἢ δυσεντερίᾳ (λέγεται γὰρ καὶ ἄμφω) κατέστρεψε τὴν ζωὴν, τῷ υἱῷ Θεοφίλῳ τὴν βασιλείαν καταλιπών. Ἐπ' ἐκείνου δὲ καὶ Δαλματία τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀφηνίασε. Λέγεται δὲ καὶ ἀρχαῖον εἶναι χρησμὸν οὑτωσὶ περιέχοντα.

Ἀρχὴ κακῶν γε προσγενήσεται τῇ χθονὶ,
Ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων
Δύσγλωττος οὗτος, καὶ φιλόχρυσος λίαν.

Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνος λίαν φιλοχρυσότατος.

κέ. Αὐταρχήσας δὲ ὁ ΘΕΟΦΙΛΟΣ πρῶτον ἐποιήσατο ἔργον τὴν κόλασιν τῶν τῷ πατρὶ αὐτοῦ συμπραξαμένων εἰς τὸ τῆς βασιλείας τυχεῖν, καὶ ἀνελόντων τὸν Λέοντα. Καὶ ἵνα μή τις αὐτῶν διαλάθῃ, ἀθροίσας τὴν Γερουσίαν ἅπασαν περὶ τὰ βασίλεια, ἐντολὴν ἔφη πληροῦν πατρικήν. Ἐκεῖνον γὰρ βούλεσθαι μὲν ἀξίως ἀμείψασθαι τοὺς συνεργοὺς καὶ συμπράκτορας τῆς βασιλείας αὐτῷ, μὴ μέντοι καιρὸν ἐγχωρῆσαι ἐντελὲς ποιῆσαι τὸ βούλημα· πρότερον μὲν πολέμοις ἀπασχολούμενον, εἶτα νοσήσαντα καὶ τὸν βίον ἐκλελοιπότα. Ἐντείλασθαι δέ οἱ, τὴν ὀφειλὴν αὐτοῖς ἀποδοῦναι φιλότιμον. Καὶ προσέταττε τοῖς τῷ πατρὶ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ Λέοντος συμπονήσασι, τῶν ἄλλων διακριθῆναι. Οἱ δὲ μὴ συνιέντες τὸ σκαιωρούμενον, ἰδίᾳ στάντες· Ἡμεῖς ἐσμὲν, εἶπον, οἱ τῷ πατρί σου συμμαχήσαντες. Καὶ ὃς αὐτίκα τὸ τῆς ὑποκρίσεως περιελὼν προσωπεῖον, καὶ, Ἵνα τί τῷ χριστῷ Κυρίου φονίας ἐπηνέγκατε χεῖρας, ἔφη, καὶ οὐ μόνον ἀνθρωποκτόνοι γεγόνατε, ἀλλὰ καὶ βασιλέως αὐτόχειρες; Αὐτίκα τούτων ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸν Ἔπαρχον, Τούτους, εἶπε, παραλαβὼν, ἀπόδος αὐτοῖς ἀξίας ἀμοιβὰς τοῦ τολμήματος. Καὶ οἱ μὲν παρὰ τοῦ Ἐπάρχου κολασθέντες, ἀνδροφόνων ἔδοσαν δίκας. Ὁ Θεόφιλος δὲ καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπελάσας τῶν βασιλείων, εἰς τὴν προτέραν αὐτῆς μονὴν ἐν τῇ τοῦ Πρίγκιπος νήσῳ ἀπήγαγε, μηδὲν ἀπωναμένην τῶν ὅρκων, οὓς ὁ Μιχαὴλ περὶ αὐτῆς ἐκ τῆς Συγκλήτου ἀπῄτησε. Γυναῖκα δ' ἑαυτῷ εἰσοικίσασθαι βουληθεὶς ὁ Θεόφιλος, πολλὰς πολλαχόθεν ὡραίας κόρας συνήγαγεν, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ Εἰκασία, παρθένος, καὶ τὸ εἶδος καλὴ, καὶ τῶν λοιπῶν ὑπερφέρουσα, καὶ λόγοις ὡμιληκυῖα, καὶ τὸ γένος ἐπίσημος. Περιῄει γοῦν ταύτας θεώμενος, καὶ μῆλον κατέχων χρυσοῦν, ἵν' αὐτὸ ἐπιδῷ μνῆστρον τῇ δοξάσῃ αὐτῷ ἀρεστῇ· ἐπεὶ δ' ἦλθε κατὰ τὴν Εἰκασίαν περιιὼν, θαυμάσας ἐκείνην τῆς ὡραιότητος, ἔφη, Ἐκ γυναικὸς ἐρρύη τὰ φαῦλα. Ἡ δ' ἠρέμα καὶ μετὰ σεμνοῦ ἐρυθήματος εὐστόχως πως ἀπεκρίνατο· Ἀλλὰ καὶ διὰ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττω. Ὁ δὲ καταβροντηθεὶς ὥσπερ τῷ τῆς παρθένου λόγῳ, τὴν μὲν παρῆλθε, τὸ μῆλον δὲ τὸ χρυσοῦν τῇ ἐκ Παφλαγονίας Θεοδώρᾳ παρέσχετο. Ἡ δὲ Εἰκασία τῆς βασιλείας ἀποτυχοῦσα, μονὴν ἐδείματο, ἣ τὴν ἐκείνης ἔχει κλῆσιν, ἐπίκλησιν, καὶ ἐν αὐτῇ μονάσασα ἑαυτῇ ἔζη καὶ τῷ Θεῷ τῆς λογικῆς παιδείας μὴ ἀλογήσασα. Ὅθεν καὶ συγγράμματα ἐκείνης εὑρίσκονται, ἀπαιδευσίας καὶ χαρίτων οὐκ ἄμοιρα. Καὶ ἡ μὲν οὕτω διέθετο τὰ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἀπό-

A bus Euphemius acceptis Siciliam ei prodit. Sic illa in poteſtatem Agarenorum venit. Tyrannus autem non multo poſt ſui ſceleris & deſperationis dat pœnas, crudeliſſime interfectus. Michael porro Imperator, cum octo annos & novem menſes imperaſſet, phrenitide & retentione urinæ, ſive inteſtinorum dolore (nam utrumque fertur) obiit, Imperio filio Theophilo relicto. Sub illo etiam Dalmatia Romani imperii jugum excuſſit, idque vetuſto hoc oraculo prædictum ferunt:

LIBER XV.

Michaelis obitus.

Dalmatiæ defectio.

B *Babylone quando Balbus imperaverit,*
Draco ſubactus auri amore perdito,
Tellus malorum ſentiet primordia,

Fuit autem Michael omnino avariſſimus.

XXV. Imperio potitus THEOPHILUS nihil prius habuit, quam ut eos qui patri ad regnum obtinendum adjumento fuerant, Leonemque interfecerant, ſuppliciis afficeret. Quorum ne quis lateret, toto Senatu in Regiam convocato, ſe mandatum paternum exequi velle dixit. Nam cum is imperii parti adjutores pro dignitate remunerari cuperet, tempus ei defuiſſe, quo minus id re ipſa præſtaret, primum C bellis impedito, deinde morbo & obitu: ſibi igitur mandaſſe, ut id debitum liberaliter profolveret. Proinde hortabatur eos, qui patri ad Leonem tollendum operam navaſſent, ut a cæteris ſegregarentur. Illi dolo non intellecto, ſeorſim ſteterunt, *ſe profeſſi eos eſſe, qui patri ejus opem tuliſſent*. Tum is ſtatim perſona ſimulationis depoſita: *Cur*, inquit, *uncto Domini ſceleratas manus attuliſtis, neque homicidæ duntaxat, ſed & Imperatoris parricidæ extitiſtis?* Et mox ad Præfectum converſus, jubet, ut eos abductos digna facinore pœna afficeret. Illi igitur pro homicidis ſunt mulctati. D Theophilus vero etiam novercam Regia ejectam, in priſtinum ejus monaſterium in inſula Principis incluſit, neque quicquam ei jusjurandum, quod Michael a Senatu exegerat, profuit. Uxorem ducturus multas formoſas puellas undecumque accerſivit, inter quas & Icaſia virgo fuit, tum forma præſtantior cæteris, tum erudita, tum genere illuſtri nata. Dum igitur eas ſpectans circuit, aureum pomum manu tenens, quod ei quæ placuiſſet, conjugi pignus daret: cum ad Icaſiam veniſſet, pulchritudinem ejus admiratus, *A muliere*, inquit, *emanarunt mala*. Cui illa placide & cum honeſto rubore ſolerter reſpondit, *Sed & res meliores e muliere exuberant*. At ille virginis oratione ve- E lut attonitus, ea præterita, malum aureum Theodoræ ex Paphlagonia oriundæ dedit. Icaſia vero cum regno excidiſſet, monaſterium de ſuo nomine condidit, in quo ſibi & Deo vixit, eruditione litterarum non neglecta. Unde & ſcripta ejus reperiuntur, in quibus neque doctrinam, neque gratiam deſideres. Et

Theophilus de Leonis percuſſoribus ſupplicium ſumit.

Euphroſyna in Monaſterium redit.

Theodora Theophilo nubit.

Edit. Pariſ. pag. 142.

Icaſia fit monacha, nuptiis Imperatoris fruſtrata.

LIBER XV. ſic illa res ſuas adminiſtravit, & mortali rege fruſtrata, Regi omnium nupſit: pro terreno imperio, cæleſte ſortita. Imperator vero Theodoram ſimul & nuptiali corona & regio diademate ornat, nuptiaſque celebrat. Theophili juſtitia & ſeveritas. Et quia juſtitiæ cultor erat, gravem ſe & inexorabilem delinquentibus præbebat. Singulis igitur hebdomadibus eques per forum cum ſatellitibus Imperatoriis in Ædem Deiparæ Blacherniam ivit. Etſi enim ſacris imaginibus honorem non habebat, Servatori tamen & Dei matri ſe fidem ſervare profitebatur. Cum autem ſic in publico verſaretur, facilis aditu fuit, rerumque venalium curam habuit, & quanti quæque venderentur, curioſe indagavit. Quod ſi qua magno venirent, Præfecto de iis interrogato vel Magiſtratum abrogabat, ſi peccaſſet, vel objurgato eo, quid agendum eſſet, præſcribebat. Sic igitur aliquando prætereuntem mulier quædam acceſſit, quæ ſibi injuriam fieri a Drungario Vigiliæ querebatur (is Auguſtæ frater erat, nomine Petronas) qui cum in vicinia habitaret, ædibus in altum educendis, ſuis luminibus obſtrueret. Ac illa ſic Petronam accuſabat. Is vero ab Imperatore accerſitus, & quid mulier diceret interrogatus, nugas eam agere dixit. Tum Imperator: *Cave*, inquit, *ne denuo eadem de re me appellet, quod tibi bono non eſt futurum*. Ac mulierem ad Petronam abire juſſit, & niſi ei damnum reſarciretur, ad ſe redire. Quod cum illa feciſſet, Petronæ Drungarii mulcta. neque a Petrona quicquam impetraſſet, re deſperata rurſus Imperatorem interpellavit. Is ſtatim quibuſdam Senatoribus mandavit, ut viderent, num damnum mulieri daretur? Edit. Pariſ. pag. 143. Abiere illi ſtatim, damnumque cognitum Imperatori renuntiarunt, qui in forum progreſſus, atque ibi certo loco ſtans, Petronam veſtibus direptis & in tergo & in pectore verberari juſſit, & quæ in fraudem mulieris ſtruxerat, deſtrui, materiamque & ſolum ipſum mulieri attribui. Atque hoc ſpecimen eſto, quantopere juſtitiæ ſtuduerit Theophilus. Sed & aliud referatur, quo & ejus obſervantia æqui, & ſolicitudo de ſubditis declaretur. Appulit aliquando ad Regiæ portum navis oneraria pondere ſarcinarum gravis, eoque uſque ad extremum cingulum demerſa. Imperator ſuperne proſpectans, navemque admiratus, per pediſſequum cujas ea ſit percontatur? Ut Auguſtæ eſſe cognovit, recens a mercatura reductam, quam ab Imperatrice miſſi in Syriæ partibus feciſſent: Si quid ſarcinarum in navi haberent, id ſtatim efferre juſſit, & nihil quod ad Auguſtam pertineret, attingere. Quo Auguſtæ merces incenſæ. facto pulſis inde nautis, Græco igni injecto, navim cum ipſis ſarcinis cremavit, Imperatricem maledictis inſectatus: *Nam cum me Deus*, inquit, *Imperatorem deſignarit, tu me nauclerum facere contendis. Scito autem mercaturam privatis hominibus eſſe attributam, ut ea tolerandæ vitæ occaſionem habeant. Quod ſi nos*

A κτήσασα βασιλείας φθαρτῆς, τῷ Παμβασιλεῖ ἑαυτὴν ἐμνηστεύσατο, καὶ ἀντὶ γέρως βασιλείας τῆς ἐπουρανίου ἐκληρώσατο. Ὁ Βασιλεὺς δὲ Θεόφιλος τὴν Θεοδώραν ἑαυτῷ συνοικίζει, καὶ ὁμοῦ ταύτην καὶ τῷ γαμηλίῳ στεφάνῳ καὶ τῷ βασιλικῷ ταινιοῖ διαδήματι, καὶ τοὺς γάμους τελεῖ. Δικαιοσύνην δὲ μετιὼν, τοῖς ἀδικοῦσιν ἦν ἐπαχθὴς, καὶ κολαστὴς αὐτῶν ἀπαραίτητος. Ἑκάστης οὖν ἑβδομάδος ἀπῄει διὰ τῆς ἀγορᾶς ἔφιππος μετὰ δορυφορίας βασιλικῆς, εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις τῆς Θεοτόκου Ναόν. Εἰ γὰρ καὶ τὰς θείας εἰκόνας οὐκ ἤθελε τιμᾶν, ἀλλά γε τῷ Σωτῆρι Χριστῷ καὶ τῇ Θεομήτορι πίστιν ἐτήρει, ὡς ἔλεγεν. Ἀπιὼν οὖν καὶ οὕτω δημοσιεύων, παρεῖχεν ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσιν εὐπρόσιτον, καὶ περὶ τῶν ὠνίων ἐφρόντιζε, καὶ ὅπως B ἕκαστον τούτων πιπράσκοιτο, ἐπολυπραγμόνει καὶ ἐπυνθάνετο. Καὶ εἰ πολλοῦ τινὰ πιπρασκόμενα εὕρισκε, τὸν Ἔπαρχον περὶ τούτου ἀνέκρινε, καὶ ἢ καταγνώσας ἐπέπαυε τῆς ἀρχῆς, ἢ ἐπιπλήττων διώρθου. Οὕτω γοῦν ποτὲ διιόντι αὐτῷ προσῆλθε γυνὴ, ἀδικεῖσθαι λέγουσα παρὰ τοῦ Δρουγγαρίου τῆς Βίγλας (οὗτος δ' ἦν συγγενὴς τῆς Αὐγούστης, καλούμενος Πετρωνᾶς) οἰκεῖν γὰρ αὐτὴν ἐκ γειτόνων, τὸν δὲ τὰς ἑαυτοῦ διαίτας ὑψοῦντα, τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ ἐπισκοτεῖν. Ἡ μὲν οὖν ταῦτα ἐνεκάλει τῷ Πετρωνᾷ. Ὁ δὲ παρὰ τοῦ Βασιλέως μετακληθεὶς, καὶ τί ἂν λέγοι τὸ γύναιον ἐρωτώμενος, ματαιάζειν ἔφη αὐτό. Καὶ ὁ Βασιλεὺς, Μή τι παθεῖν με περὶ τούτου, φησὶ, καὶ ἵνα ἔσοιτο πρὸς καλόν. Καὶ τῇ γυναικὶ ἐνετείλατο πρὸς τὸν Πετρωνᾶν ἀφικέσθαι, καὶ εἰ μὴ τὴν βλάβην θεραπευθείη, αὖθις αὐτῷ προσελθεῖν. Προσίει τῷ Πετρω- C νᾷ ἡ γυνή· ὁ δὲ οὐδὲν αὐτῇ τῷ κακῷ θεράπευμα ἔθετο. Ἡ δ' ἀπογνοῦσα, δι' ὄχλου γέγονε καὶ αὖθις τῷ Βασιλεῖ. Καὶ ὃς αὐτίκα τῶν τῆς Συγκλήτου τισὶν ἀπελθεῖν ἐπέταξε, καὶ κατασκοπῆσαι, εἰ βλάπτοιτο ἡ γυνή. Οἱ δὲ ἀπῆλθον εὐθὺς, καὶ τὴν βλάβην ἔγνωσαν, καὶ ταύτην ἀπήγγειλαν. Καὶ ὁ Βασιλεὺς ἔτι ἐπ' ἀγορᾶς προϊὼν, αὐτοῦ που στὰς, γυμνωθῆναι τὸν Πετρωνᾶν, καὶ τυφθῆναι καὶ στέρνα καὶ νῶτα προσέταξε· τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντα πρὸς βλάβην τῆς γυναικὸς καθαιρεθῆναι, καὶ ταύτῃ προσκληρωθῆναι, καὶ τὰς ὕλας, καὶ τὸν τόπον αὐτόν. Τοῦτο μὲν οὖν τοῦ περὶ τὸ δίκαιον ζήλου τοῦ Θεοφίλου εἴρηται γνώρισμα. Εἰρήσθω δέ τι καὶ ἕτερον, τῆς τε δικαιοπραγίας ἐκείνου, καὶ τῆς D περὶ τὸ δίκαιον καὶ ὑπήκοον προνοίας σημαντικόν. Προσώρμιστό ποτε τῷ περὶ τὰ ἀνάκτορα λιμένι φορτὶς βάρει τῶν ἀγωγίμων πεφορτισμένη, καὶ τούτῳ μέχρις ἐσχάτου ζωστῆρος καταβεβαπτισμένη. Ἔτυχε δὲ προκύψας ὁ Βασιλεὺς ἄνωθεν, καὶ θαυμάσας τὴν ναῦν, διά τινος τῶν αὐτῷ ἑπομένων, τίνος ἂν εἴη, ἐπυνθάνετο; Ὡς δὲ τῆς Αὐγούστης εἶναι μεμάθηκε, καὶ ὡς ἄρτι ἀνήχθη ἐξ ἐμπορίας, ἣν ἐν τοῖς τῆς Συρίας οἱ πρὸς τῆς Βασιλίσσης σταλέντες ἐποιήσαντο μέρεσιν, εἴ τι μὲν τοῖς τοῦ πληρώματος τῆς νηὸς πρόσεστιν, ἐξενεγκεῖν αὐτοῖς αὐτίκα ἐκέλευσε, τῶν δὲ τῆς Αὐγούστης ἅψασθαι μηδενός. Ὡς δὲ τοῦτο γέγονε, καὶ τοὺς ἄν- E δρας ἐκεῖθεν ἀπήλασεν, ὑγρὸν κατ' αὐτῆς ἐπιῤῥῖψαι πῦρ, καὶ αὐτόφορτον κατέπρησεν, καὶ τῇ Βασιλίσσῃ ἐλοιδορήσατο, Βασιλέα με, λέγων, ἀναδείξαντος τοῦ Θεοῦ, σὺ βιάζῃ με ποιῆσαι ναύκληρον. Ἴσθι δὲ ὅτι τοῖς ἰδιώταις τὸ ἐμπορεύεσθαι προσκεκλήρωται, ἵν' ἐκεῖθεν τὰς πρὸς τὸ ζῆν πορίζοιντο ἀφορμάς. Εἰ δ' ἡμεῖς μετὰ τῆς βασιλικῆς ἀξίας,

καὶ τὰ

καὶ τὰ ἐξ ἐμπορίας ἑαυτοῖς περιποιεῖσθαι πειρώμεθα, πόθεν ἂν οἱ τῆς τύχης τῆς ἰδιώτιδος τὰ ζωαρκῆ συμπορίσαιντο;

κϛʹ. Τῇ δὲ Βασιλίσσῃ πατρὶς ἦν ἡ χώρα τῶν Παφλαγόνων, πατέρες δ' αὐτῇ Μαρῖνος καὶ Θεοκτίστη τῶν δὲ γεγονότων ἐν τῇ χώρᾳ τῇ κατ' αὐτούς, εὐσεβεῖς δὲ ἄμφω, καὶ τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκυνηταί. Τῆς δὲ Θεοδώρας τῷ Βασιλεῖ συζυγείσης, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς Θεοκτίστη, ἣ καὶ Φλωρίνα ἐπωνομάζετο, Ζωστὴ καὶ Πατρικία τετίμητο. Ὤκει δὲ κατὰ τὴν μονὴν τῶν Γαστρίων, ὡς δέ τινες λέγουσι, καὶ τὴν μονὴν αὐτὴν ἐκείνη ἐδείματο. Ὡς οὖν πρὸς μάμμην ἀπήγοντο πρὸς αὐτὴν ποτὲ τὰ τοῦ Βασιλέως θυγάτρια· ἦσαν δὲ πέντε, καὶ αἱ κλήσεις ἐκείνων αὗται, Θέκλα καὶ Ἄννα, Ἀναστασία τε, καὶ σὺν Πουλχερίᾳ, Μαρία. Ἡ δὲ δωρήμασι τὰς παῖδας ἐδεξιοῦτο, καὶ ἰδίᾳ παραλαμβάνουσα, παρῄνει τὰς ἁγίας εἰκόνας σεβάζεσθαι, καὶ ἐκ κιβωτίου σεβάσμια ἐκφέρουσα ἐκτυπώματα, προσκυνεῖν αὐτὰ παρεσκεύαζε τὰς θυγατριδᾶς καὶ ἀσπάζεσθαι, καὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν ἐπετίθει καὶ ταῖς προσόψεσι. Καί ποτε ἐκεῖθεν ἐπανηκούσας τὰς παῖδας ἠρώτα ὁ Βασιλεύς, τί παρὰ τῆς μάμμης αὐταῖς γένοιτο, καὶ τίνα παρ' ἐκείνης αὐταῖς λέγοιντο; Αἱ μὲν οὖν λοιπαὶ ἐσιώπων, ἡ Πουλχερία δὲ νηπιάζουσα ἔτι, τἆλλα τε διηγεῖτο ψελλιζούσῃ φωνῇ, καὶ προσετίθει, ὡς εἰσὶ τῇ μάμμῃ νινία ἐν κιβωτίῳ, τὰς ἁγίας εἰκόνας οὕτω καλοῦσα, καὶ ταῦτα ταῖς κεφαλαῖς καὶ τοῖς προσώποις ἡμῶν ἐπιτίθησι, καὶ ἀσπάζεσθαι δίδωσιν. Ἐντεῦθεν τὰς σεπτὰς εἰκόνας γνοὺς διδάσκεσθαι προσκυνεῖν τὰς αὐτοῦ θυγατέρας παρὰ τῆς μάμμης, οὐκέτι πρὸς αὐτὴν ἀπάγεσθαι τὰς παῖδας παρακεχώρηκεν. Ἕτερον δὲ οὐδὲν λυπηρὸν εἰς τὴν Θεοκτίστην εἰργάσατο. αἰδούμενος ἐκείνην διὰ τὸ κῦδος, καὶ πλέον διὰ τὴν ἀρετήν. ἣ καὶ πολλάκις ἤλεγχε τοῦτον, ὅτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκόλαζε, καὶ ταῖς ἱεραῖς εἰκόσιν ἐνύβριζε, καὶ διὰ ταῦτα ἀπεχθῶς διακεῖσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπληροφόρει πᾶν τὸ ὑπήκοον. Τοιοῦτον δή τι καὶ περὶ τὴν Βασιλίδα ἐγένετο. Ἦν τι παρὰ τοῖς ἀνακτόροις ἀνθρώπιον καὶ τὸ νοῦ πάχιον, καὶ τῆς γλώσσης παράσημον, καὶ ἦν οἷον ἄθυρμά τι τῷ Βασιλεῖ· τῷ δὲ τοιούτῳ τυγχάνοντι ἦν καὶ ἡ γυναικωνῖτις βατή. Καί ποτε τὸν τῆς Αὐγούστης εἰσεισι θάλαμον· ἡ δ' ἔτυχε τότε ἁγίας εἰκόνας ἀσπαζομένη καὶ προσκυνοῦσα (ἐτίμα γὰρ διαφερόντως αὐτὰς ἀγνοίᾳ τοῦ ξυνευνέτου) τὸ δὲ παρακεκομμένον ἐκεῖνο ἀνθρωπάριον τὰ θεῖα θεασάμενον ἐκτυπώματα, τί ταῦτα ἤρετο τὴν Βασίλισσαν; ἡ δὲ ἀφελῶς πως πρὸς ἐκεῖνο εἶπε. Ταῦτα τὰ καλά μου νινία. Ἐκεῖθεν οὖν ἐξελθὸν τὸ παράφορον ἐκεῖνο ἀνδράριον, εὗρε τὸν Θεόφιλον ἑστιώμενον. Ἠρώτησεν ὁ Βασιλεὺς αὐτόν, ὅθεν ἥκοι; Ὁ δὲ Παρὰ τῇ Μάννᾳ πορευθῆναι ἀντέφησεν, (οὕτω γὰρ ἐκάλει τὴν Δέσποιναν) ἔχειν αὐτὴν ἔλεγε νινία καλά. Εἰκόνας οὖν εἶναι τὰ νινία ὑποπτεύσας ὁ Βασιλεύς, ἐξωργίσθη, καὶ πρὸς τὴν Βασιλίδα πορεύεται πνέων θυμοῦ, καὶ ὕβρεις κατέχεεν ἐκείνης, καὶ εἰδωλολάτριν ὠνόμαζε, τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ Δένδερη διηγούμενος· οὕτω γὰρ τὸ παρακεκομμένον ἐκεῖνο ἐκαλεῖτο ἀνθρώπιον. Ἡ δὲ σοφῶς τὸν ἄνδρα κατεσοφίσατο. Οὐ γὰρ εἰκόνας εἶδεν ὁ Δένδερις, ἔλεγεν, ἀλλὰ τῷ κατόπτρῳ μου ἐνατενιζούσης, τὰς ἐκεῖθεν ἀντανακλωμένας ἑώρα μορφὰς, καὶ ταύτας νινία ὠνόμασεν. Οὕτω πιθανῶς τὸν λόγον συμπλάσασα, τὴν ὀργὴν τοῦ Βασιλέως;

A *præter imperii opes, etiam mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam fortunæ tenuioris homines victum comparabunt?*

XXVI. Imperatrici patria fuit Paphlagonia, parentes Marinus & Theoctiſta, ex nobili illius provinciæ familia, ambo pii & ſacrarum imaginum adoratores. Theodora vero Imperatori deſponſa, etiam mater ejus Theoctiſta, Florina cognomento, Zoſtæ & Patriciæ dignitatem eſt conſecuta. Habitavit autem juxa Gaſtila monaſterium, idque, ut quidam aſſerunt, condidit. Filiolæ igitur Imperatoris numero quinque, ad eam ut aviam aliquan- B do adducebantur, quarum nomina fuerunt, Thecla, Anna, Anaſtaſia, Pulcheria & Maria. Illa puellas munuſculis ſibi conciliabat, ac ſeorſim hortabatur ad ſacrarum imaginum venerationem, curabatque ut ſacras effigies, quas e ciſtella proferebat, nepetes adorarent ac deoſcularentur, earumque capitibus & faciebus eas admovebat. Puellas aliquando inde reverſas rogat Imperator, ut ab avia tractatæ eſſent, & quid illa diceret? Cæteris tacentibus, Pulcheria adhuc infantula cum cætera balbutienti voce refert, tum addit, aviam in ciſtellam pupas habere (ſic enim imagines vocabat) quas ipſarum capitibus & faciebus admoveret atque oſculandas præberet. Ex eo cum cognoviſſet filiolas C ab avia cultum ſacrarum imaginum doceri: eas non amplius ad illam accedere paſſus eſt, neque alia moleſtia Theoctiſtam affecit, quam, & propter affinitatem & magis etiam ob virtutem verebatur: cum quidem ſæpe ab ea reprehenderetur, quod orthodoxos puniret, & ſacris imaginibus contumeliam faceret, iiſque rebus omnium ſubditorum odia ſuſciperet. Simile quiddam etiam Imperatrici accidit. Erat in Regia quidam homuncio delirus & impedita lingua, quem Imperator in deliciis habebat, cui etiam in gynæconitidem patebat aditus. Aliquando igitur in Imperatricis D thalamum ingreſſus, cum illa ſacras imagines oſcularetur & adoraret, (eas enim clam marito ſupra modum honorabat) ſacras effigies conſpicatus, quid eſſent, rogat? reſpondet illa ſimpliciter, *Pulchras ſuas pupas eſſe*. Egreſſus vecors homuncio, Theophilum in convivio reperit: interrogatus unde veniret: *A Manna*, reſpondit, ſic enim Dominam vocabat, eamque pulchras pupas habere dixit. Imperator autem pupas imagines eſſe ſuſpicatus, commotus & ira æſtuans Imperatricem accedit, & contumelioſis dictis inſectans, Idololatram appellat, ea- E que refert quæ a Dendera (id enim fatuo nomen erat) audiviſſet. Verum illa maritum ſolerter decepit: *Neque enim*, inquit, *imagines vidit Denderis, ſed quum ſpeculum intuerer, formas quæ in eo repræſentabantur, pupas appellavit*. Eo probabili commento, Imperatoris iram declinavit, furoremque leniit.

Martinus & Theoctiſta parentes Theodoræ.

Edit. Pariſ. pag. 144

Theodora Imperatoris iracundiam callido commento eludit.

LIBER XV.

Nam quum omnes in ſuam impietatem pertrahere ſtuderet, ſævus admodum erga pios fuit, & ut juſtitiæ, ſic & ejus quam ipſe probabat pietatis acerrimus defenſor, ſubditos a cultu imaginum abducere inſano ſtudio contendebat, eaque de cauſa multos puniebat: ut eos, quemadmodum intemperanti lingua dicebat, ab idololatria depelleret, ac multos confeſſores fecit. Joannem Syncellum, quo magiſtro uſus fuerat, impietatis ſuæ ſocium, ad Agarenos cum maximis opibus ablegavit, Imperii Romani divitias oſtentaturus, quarum nonnullas eorum Principi dono miſit, nonnullas Joanni ad miniſterium aſſignavit, inter quas duo quoque malluvia aurea, gemmis diſtincta fuerunt, exquiſitæ artis elegantia adornata, præterque cætera omnia ſignati auri centenarios quadraginta ei dediſſe perhibetur, ut Agarenos quos vellet, liberaliter & magnifice donaret, itaque percelleret Barbaros, qui quum tantas opes miniſtrorum Imperatoris eſſe cernerent, cogitarent, quantis ipſe divitiis potiretur. Is igitur in urbem Bagdam profectus (ea vetus Babylon eſt) quum in Principis conſpectum veniſſet, oblatiſque Imperatoris muneribus cum eo collocutus eſſet, quum ob hæc, tum propter dicendi vim (erat enim in congreſſibus perquam diſertus) & in honore & in admiratione fuit. Barbaros tamen ſua erga eos munificentia magis obſtupefecit. Nam ſi qui eum conveniebant, ſive a ſuo Principe miſſi, ſive aliis de cauſis: eos magna pecunia donabat, ut qui eam acciperent, & gauderent, & mirarentur. Quum autem ipſe aliquando ab Amermumne ad convivium in ædes illius invitatus eſſet; alterum ex aureis illis malluviis ſecum attulit, ut aquam manibus illius affunderet. Quod quum negligenter alicubi poſitum eſſet (ita enim miniſtris ſuis Joannes mandarat, ut periret) a quodam eſt ſurreptum, quæſitumque nuſquam comparuit. Barbari igitur murmurarunt, & pretium illius & elegantiam exaggerantes: ipſe vero cum eam jacturam ſibi curæ non eſſe dixiſſet, eos obſtupefecit quum tantam rem negligere cernerent, & a miniſtris alterum afferri juſſit, quo allato magis etiam admirati ſunt. Sed & Agarenorum princeps viciſſim magnificentiam oſtentans, Joannem magnis muneribus affecit, & poſt cætera omnia centum ei captivos dedit, ſplendidis veſtibus exornatos. Qui ex ea legatione reverſus, cum Imperatori quid actum eſſet, expoſuiſſet, ac principalium ædium figuras & varietatem narraſſet: cupiditatem ejus excitavit ejuſcemodi Regiæ ædificandæ, ac juſſu illius in Bryante Regiam Syriacæ per omnia ſimilem auſpicatus eſt, & architectis figuris menſuriſque latitudinis, longitudinis & altitudinis demonſtratis, opus celeriter abſolvit.

Theophili legatus ad Agarenos Joannes Syncellus.

Edit. Pariſ. pag. 145.

Bagdas, vetus Babylon.

Theophili ſubſtructiones.

pag. 146.

XXVII. Idem Imperator etiam maritima mœnia cum vetuſtate tum ob alios caſus ruinoſa, magnifice

quam nullo alio delectabatur, & nugas illius perperam & confuſe loquentis, omnibus aliis voluptatibus præferebat: unde ita familiaris illi factus eſt, ut quavis hora illum convenire & alloqui auderet. Nec minus illi gynæceum quam Imperatoris conclave patebat, quandocumque volebat, & utrinque ei divitiæ affluebant, ita ut licet a triviis, ad Senatorium faſtigium evectus eſſet: ea tamen felicitate non contentus, regnum etiam concupiſcit, idque ſibi vendicare contendit, Imperatore interfecto. Quos igitur Imperatori male velle ſciebat, iis arcanum detegebat: qui ſi orationem ejus probarent, eos magna ſpe propoſita ad facinus confirmabat. Sin eum conatum averſarentur, ajebat, ſe id tentandi gratia dixiſſe, ut eorum fidem erga Imperatorem exploraret, eorumque integritate collaudata, benevolentiam illorum Imperatori teſtaturum ſancte affirmabat. Cum autem ſic pleroſque tractaret, conjurati ejus rem facillime poſſe confici opinabantur. Nec enim in Imperatoris dumtaxat cubiculum, ipſo dormiente, aut cum Imperatrice cubante, homini patebat aditus, ſed & occultorum adituum claves creditæ erant. Quare omnino deſtinata executus fuiſſet, niſi a quodam ex conſciis delatus, in manifeſto ſcelere deprehenſus eſſet, gladium ipſum adhuc tenens, quo Imperatorem percuſſurus erat. Cæterum ipſe ob illius vecordiam nullas pœnas dedit, inſidiarum conſciis dumtaxat ſupplicio affectis. Hic Imperator cum ſe benignum & liberalem perhiberi vellet, in eo tamen neque artem neque modum adhiberet: a virtute magnificentiæ, in vitium profuſionis eſt devolutus. Publicam enim pecuniam ita dilargiebatur, ut neque quibus, neque quantum, neque quando eſſet tribuendum, obſervaret. Nam cum Manganorum monaſterium ædificaret, quod ob adamatam Sclerænam inchoaſſe fertur, ut eam tum in Cynegeſio habitantem, per ſpeciem ſtructuræ inſpiciendæ, crebrius viſeret: fiſco & publicis theſauris exhauſtis, ad pecuniæ inopiam redactus, nec illicitis quæſtibus abſtinuit. Sed cum Provinciæ quædam eſſent immunes, quæ pro omnibus vectigalibus, locorum anguſtias tuerentur, & Barbaros aditu Romanarum ditionum prohiberent: cuſtodiis abolitis, tributa iis Provinciis imperavit: unde Barbaris ſine ullo negotio patuerunt. Illud certe quidem, ſi quis vere conſideret, ei acceptum ferri poteſt, quod Oriens Marte Barbarico eſt ſubactus.

Callidiſſima ſcelerati conſilii tractatio.

Edit. Pariſ. pag. 260.

Monomachi profuſiones, rapacitas, & Orientis amiſſio.

XXVIII. Imperatrice Zoe provecta ætate mortua (ſeptuageſimum enim annum exceſſerat) obitum ejus non ut viro dignum eſt, tulit, ſed muliebriter luxit, eamque Angelis æquiparaſſe fertur: cum ob loci humiditatem ex ejus monimento fungus germinaſſet, quem ſignum divina providentia editum vocavit, ut ne ignoraretur

Zoes obitus.

τίνων ἀνδρὶ ὡς ἐδόκει τῷ ὁ Βασιλεὺς ἥδετο, καὶ διημαρτημένα καὶ ἀδιάρθρωτα ἀκούων φθεγγομένου αὐτοῦ, ὑπὲρ πᾶσαν ἡγεῖτο τὰς ἐκείνου φλυαρίας γλυκυθυμίαν. Καὶ οὕτω δὴ ταύτῃ τῷ Βασιλεῖ προσῳκείωτο, ὡς πάντα καιρὸν εἶναι αὐτῷ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εἴσοδον καὶ τῆς ἐντεύξεως. Καὶ οὐχ οὕτως αὐτῷ τὰ περὶ τὴν ἀνδρῶνα διέκειτο, ἡ δὲ γυναικωνῖτις οἱ ἀπεκέκλειστο, ἀλλ' ἄνετος ἦν αὐτῷ ἀφικέσθαι, καὶ ὅτ' ἐβούλετο βάσιμος, καὶ ὁ πλοῦτος ἐπέρρει τῷ ἀνδρὶ ἑκατέρωθεν, καὶ ἐκ τῶν τριόδων ἀναρπασθεὶς, ὡς αὐτὴν ἀνήχθη τὴν Συγκλητικὴν κορυφήν. Ὁ δὲ οὐκ ἠγάπα τοῦτον εὐδαιμονήσας τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλείας ἐρᾷ, καὶ μελετᾷ ταύτην ἑαυτῷ προσποιήσασθαι, κτείνας τὸν Αὐτοκράτορα. Καὶ οὓς ᾔδει δύσνους τῷ Βασιλεῖ, τούτοις τὸ ἀπόρρητον ἀνεκάλυπτε. Καὶ τοὺς μὲν τὸν λόγον προσιεμένους μεγάλαις ἐλπίσιν ἐξαίρων, πρὸς τοὔργον ἐρρώννυεν. Εἰ δέ τινες καὶ πρὸς τὴν προσβολὴν ἐδυσχέραινον, ὁ δὲ πεῖραν ἔλεγε τὸν λόγον προσαγαγεῖν, ἵνα γνῷ τὴν ἐκείνων πίστιν τὴν εἰς τὸν Αὐτοκράτορα. καὶ ἐπῄνει τοὺς ἄνδρας τῆς διαθέσεως, καὶ γνωριεῖν τῷ Βασιλεῖ εὔνους αὐτῷ τυγχάνειν διώμνυτο. Ὁ μὲν οὖν οὕτω μετῄει τοὺς πλείονας, καὶ οἱ ἐκείνῳ συνομοσάμενοι ῥᾷστα τὸ βούλευμα ᾤοντο γενέσθαι ἀνύσιμον. Οὐ μόνον γὰρ ἡ πρὸς τὸν βασιλικὸν κοιτωνίσκον πάροδος ἐκείνῳ ἄνετος ἦν, κἂν καθεύδων ὑπνώττοι ὁ Βασιλεὺς, κἂν ἡ τῇ Βασιλίδι συνείη, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀπορρήτων εἰσόδων κλεῖς ἐπεπίστευτο. Καὶ ἦχθη ἂν εἰς ἔργον τὸ ἐπιβούλιον, εἰ μή τις αὐτὸ τῷ Βασιλεῖ κατεμήνυσε τῶν κοινωνησάντων τοῦ σκέμματος. Ἥλω τοίνυν ἐπ' αὐτοφώρῳ καὶ τὸ ξίφος αὐτὸ κατέχων ᾧ τὸν Αὐτοκράτορα ἔμελλεν αὐτίκα διαχειρίσασθαι. Ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τὸ τοῦ κρατοῦντος ἀβέλτερον, οὐδὲν ὑπέστη ἀνιαρόν, οἱ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνου συνίστορες οὐκ ἔμειναν ἀτιμώρητοι. Οὗτος ὁ Βασιλεὺς φιλότιμος δοκεῖν ἐθέλων καὶ ἐλευθέριος, μὴ μετιὼν δὲ σὺν ἐπιστήμῃ τὴν ἀρετὴν ὡς ἐχρῆν, εἰς κακίαν ταύτην μετενήνοχεν. Ἀντὶ γὰρ μεγαλοπρεπείας εἰς ἀσωτίαν μετακεκύλιστο, οὔτε οἷς ἔδει, παρέχων τὰ δημόσια χρήματα, οὔθ' ὅσαπερ ἔδει, οὔθ' ὅτε χρεών. Καὶ τὴν μονὴν δὲ τὴν τῶν Μαγγάνων οἰκοδομῶν (λέγεται δὲ τῆς οἰκοδομῆς ἄρξασθαι διὰ τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ, τὴν Σκλήραιναν λέγω, ἵν' ἐκείνῃ προσφοιτᾷ συνεχῶς, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Κυνηγεσίου οἰκούσῃ τότε δὴ τὴν κατοίκησιν) πρόφασιν ἔχων τὸ σκοπεῖν τὴν δόμησιν, ἐξήντλησε τοὺς Βασιλείους καὶ κοινοὺς θησαυρούς, ὅθεν χρημάτων δεόμενος, οὐδὲ τῶν ἀπειρημένων πορισμάτων ἀπείχετο. Ἀλλὰ καὶ χωρῶν οὐσῶν, αἳ πρὸς τὸ δημόσιον τοῖς Βασιλεῦσιν οὐ δασμοὺς συνεισέφερον, ἀλλ' ἀντὶ πάσης δασμοφορίας, δυσχωρίας ἐφρούρουν, καὶ τοῖς Βαρβάροις τὴν εἰς τὰς Ῥωμαίοις ὑποκειμένας χώρας ἀπετείχιζον πάροδον, ἐκεῖνος φόρους ταῖς χώραις ἐπιτάξας, ἐσχόλασε τὰς φρουράς. Κἀντεῦθεν ἡ πρὸς τὰς Ῥωμαΐας χώρας ῥᾴστη τοῖς Βαρβάροις ἐγένετο πάροδος. Ἐκεῖνος τοίνυν ὁ ἀνὴρ αἴτιος τοῖς ἀπαθῶς λογιζομένοις κληθήσεται, τοῦ τὴν Ἑῴαν μοῖραν χειρωθῆναι βαρβαρικῷ.

κη'. Τῆς δὲ Βασιλίδος Ζωῆς ἐν γήρᾳ βαθεῖ (ὑπὲρ γὰρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη παρεξετάθη αὐτῇ τὸ βιώσιμον) καταλυσάσης τὴν ζωὴν, οὐκ ἀνδρικῶς ἐκεῖνος ἐθρήνησεν. Ἀλλὰ μέντοι γε μειρακιωδῶς. Λέγεται δὲ καὶ Ἀγγέλοις αὐτὴν παρεξισοῦν, ἐπειδάπερ τοῦ μνήματος ἐκείνης μύκης ἔκ τινος ὑγρότητος ἀνεβλάστησε, καὶ τοῦτο καλεῖν σημεῖον ἄνωθεν οἰκονομηθὲν, ἵνα μὴ ἀγνοῆται ἡ Βασι-

Digitized by Google

A λὶς ταῖς νοεραῖς συντεταγμένην Δυνάμεσι. Τῆς δ', ὡς εἴρηται, θανούσης, ὁ Βασιλεὺς ἔτι φλεγμαίνων περὶ τοὺς ἔρωτας, ἐπεισάγει τοῖς βασιλείοις μείρακά τινα, ὅμηρον δοθεῖσαν Ῥωμαίοις ἐξ Ἀλανῶν, παῖδα τινὸς τῶν παρ' ἐκείνοις ἀρχηγετούντων, καὶ ταύτην Σεβαστὴν ὀνομάσας, βασίλειον αὐτῇ τὴν θεραπείαν ἀπέταξε, καὶ πλούτου χορηγίαν δαψιλεστάτην. Καὶ εἰ μὴ τὴν Βασιλίδα, τὴν Θεοδώραν λέγω, πεποίητο δι' αἰδοῦς, ἢ μᾶλλον τὸ τῆς τετραγαμίας ᾐσχύνετο ἄθεσμον, καὶ Βασίλισσαν ἂν τὴν ἐρωμένην ταύτην ἀνεῖπε, καὶ διαδήματι κατεκόσμησεν ἄν. Ἐκείνου δὲ θανόντος, οὐ παρέμεινε τῇ Σεβαστῇ τὸ εὐτύχημα, ἀλλ' εἰς τὴν προτέραν τῆς ὁμηρείας τύχην ἐπανελήλυθεν. Ἄρτι δὲ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἱστορητέον τούτου τοῦ Αὐτοκράτορος. Οὐ μακρὸς ἐξεμετρήθη χρόνος, ἐξ ὅτου τῆς ἡγεμονίας τῶν Ῥωμαίων B γέγονεν ἐγκρατής, καὶ οἱ νόσος ἀρθρῖτις ἐνέσκηψεν, τὸ πρότερον τοῖς ποσὶν ἐκείνου τοῦ ῥεύματος ἐπάγοντος τὴν φοράν, ὥστε τὰς βάσεις αὐτοῦ πρὸς πορείαν καὶ στάσιν ἀδυνατεῖν. Εἰ δέ ποτε καὶ κινήσεως ἀνάγκην ἔσχηκεν, ἢ πρός τινων ὑποστηριζόμενος, προέβαινε δυσχερῶς, ἢ καὶ πάμπαν ἑτεροκίνητος ἦν. Τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ ταῖς χερσὶν ἐπερρύη τὸ αἴτιον· εἶτα καὶ τοῖς ὤμοις ἐπῄει, καὶ τέλος ὅλον αὐτοῦ τὸ σῶμα τῷ ῥεύματι κατεκλύζετο, καὶ παρεῖτο, καὶ ἐξηρθροῦτο, τοῖς τῶν ἄρθρων κοιλώμασιν ἐγκλειομένου τοῦ ῥεύματος. Ἔκαμνεν οὖν οὕτω πρὸ μακροῦ τὸ σῶμα τοῦ Βασιλέως. Εἶτα καί τι ἕτερον ἐπισυμβεβηκός (τὸ δ' ἦν ἐκ πνεύματος νυγμὸς περὶ τὴν πλευράν) προσδοκήσιμον ἐκείνῳ καὶ τοῖς C αὐτοῦ παραδυναστεύουσιν ἔθετο τὸ τέλος τῆς βιοτῆς, ὧν τὰ πρῶτα ὁ Λογοθέτης ἦν Ἰωάννης, ἐκτετμημένον ἀνδράριον, ἄσημον μὲν εἰς γένος καὶ δυσγενέστατον, πρὸς δὲ πραγμάτων μεταχείρισιν ἀφυέστατον, γραμματικῆς δὲ τέχνης τοσοῦτο μετεσχηκώς, ὥστε μήτ' ὀρθοεπεῖν ἀκριβῶς ἀττικίζον, μήτ' ἀπταίστως ὀρθογραφεῖν. Ἐφ' ᾧ δὲ τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν ὁ Βασιλεὺς ἐποιήσατο, καὶ τῆς Βουλῆς ἀπέδειξεν ἁπάντων κορυφαιότατον. Ἦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν διοικήσεων πρὸ αὐτοῦ ἀνὴρ τούτῳ τὰ πάντα ἀντίρροπος καὶ γένος καὶ λόγον, καὶ τὴν περὶ τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας ἀκρίβειαν. Τοιοῦτος δ' ὤν, ἐπειδάν τι παρὰ τὸ καθῆκον ἐπέταττεν αὐτῷ ποιῆσαι ὁ Βασιλεύς, οὐ λίαν τῇ προαιρέσει τοῦ κρατοῦντος ἐπεκλίνετο, ἀλλ' ἀντέλεγέ τε D καὶ ἀνεῖργε τοῦ μὴ προσήκοντος. Ὁ δὲ ἐχαλέπαινε, καὶ πολλάκις τούτου γινομένου, ἐμίσει τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἐλευθερίαν, καὶ ἵνα τὸ ἀντίξουν ἀποφορτίσαιτο, μεθίστα μὲν ἐκεῖνον τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως (ὁ Λειχούδης ἦν οὗτος) ἀντεισάγει δὲ τὸν Ἰωάννην, καὶ τούτῳ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐγχειρίζει κυβέρνησιν, ἵνα μὴ πρός τινος ἐφ' οἷς ὁρμήσειεν ἀνείργοιτο. Οὗτος τοίνυν ὁ Ἰωάννης καὶ ἕτεροι, μέγα κράτιστοι δεδυνημένοι παρὰ τῷ Βασιλεῖ, ἀπεγνωκότες αὐτοῦ τὸ βιώσιμον, πάθεσι τῷ κάμνοντι, φροντίσαι περὶ διαδοχῆς, καὶ ὑποτίθενται αὐτὸν εἶναι πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπιτήδειον τὸν Πρωτεύοντα· ὁ δὲ τὴν τῆς Βουλγαρίας ἀρχὴν ἐνεχείριστο, καὶ ἀπεδήμει τῆς Βασιλίδος τῶν πόλεων. Ἐστέλλετο τοίνυν ὁ τὸν ἄνθρωπον μετακαλεσόμενος· ἐκ δὲ τῆς Βασι- E λίδος Θεοδώρας ἡ βουλὴ οὐκ ἀπεκρύπτο. Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος τὸ βούλευμα τῆς ἀτελὲς δ' ἔλαθε. Γνοῦσα δὲ ὡς οὐκ ἐπ' αὐτῇ ποιεῖται τὸ κράτος ὁ τελευτῶν, τὸν μὲν ἔτι δυσθανατοῦντα κατὰ τὰ ἐν τοῖς Μαγγάνοις βασίλεια, ἐκείνη δὲ σπουδῇ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῇ ἐμβιβασθεῖσα νηΐ, εἰς τὸ μέγα προσωρμίσθη Ἀνάκτορον. Καὶ αὐτῇ ἥ τε βασιλικὴ δορυφορία προσερρύη αὐτίκα, καὶ τῆς Γερουσίας τὸ ἔκκριτον, καὶ Αὐτοκράτωρ πρὸς πάντων ἀνερρήθη, ὡς αὐτῇ κατὰ κλῆρον τῆς ἀρχῆς

A Imperatricem in cœtum intelligentium Poteſtatum eſſe receptam. Verum adhuc amoris incendio flagrans, adoleſcentulam quamdam Alani Principis filiam, obſidem Romanis datam, in Regiam introductam Auguſtam appellat, addita cuſtodia Regia & ſumptibus liberaliſſimis. Quod ni Theodoram Imperatricem reveritus eſſet, ac potius quarti conjugii dedecus & nefas, amicam ſuam etiam Imperatricem appellaſſet, & diademate exornaſſet. Cæterum illa Auguſtæ felicitas non diu duravit: nam poſt Imperatoris obitum, ad priſtinam conditionem eſt reverſa. Nunc de exitu Imperatoris eſt dicendum. B Non multo poſt quam ſceptro potitus eſſet, morbus eum articularis invaſit, humoribus principio ad pedes decurrentibus, ut neque ſtare, neque ingredi poſſet. Quando autem eum moveri neceſſe erat, aut ab aliis ſuffultus ægre ingrediebatur, aut geſtabatur. Verum progreſſu temporis, fluxiones in manus etiam incumbebant, deinde humeros vexabant, deinque totum corpus infeſtabant & laxabant, cavitatibus articulorum ſe inſinuantes. Ad hæc aliud acceſſit malum, vellicatio lateris ex anhelitu, qua fiebat, ut nec ipſe vitæ C diuturnioris ſpem haberet, nec ejus proceres, quorum primarius erat Logotheta Joannes, caſtratus homuncio, obſcuro & ignobiliſſimo genere ortus, & ad res gerendas ineptiſſimus, grammaticæ artis adeo peritus, ut in affectatione Atticiſmi, neque recte loqui, neque citra errorem ſcribere poſſet. Ei ſummam rerum Imperator commiſit: eumdem Principem Senatus deſignavit. Nam prius Reipublicæ adminiſtratio penes virum, huic omnino & genere & facundia & ſcientia regendæ civitatis diſſimilem fuerat: qui, cum Imperator aliquid ſecus quam conveniebat, juberet, non ſtatim ad volunta- D tem ejus propendebat, ſed reſtragabatur & deterrebat. Quod cum ſæpius fieret, ille graviter & iniquo animo libertatem illius ferens, homini (Lichudes is vocabatur) ut adverſatore careret, munus id ereptum, in Joannem transfert, ne ſuæ cupiditates inhiberentur. Is igitur Joannes & alii Magnates, deſperata Imperatoris vita, ei auctores ſunt de ſucceſſore deliberandi: monentque, Proteuontem aptum eſſe ad Imperium, qui cum Bulgariam regeret, ab urbe aberat. Miſſus igitur eſt, qui eum accerſeret: idque clam Theodora, non tamen E ita, quin arcano illo conſilio deprehenſo, ægrotum poteſtatem in alium tranſtuliſſe cognorit. Itaque illo moribundo in Mangania regia relicto, induſtria miniſtrorum ſuorum conſcenſa nave ad magnam Regiam appellit. Ibi & Imperatoris ſatellitibus, & ſelectis Senatoribus ad eam confluentibus, Imperatrix ab omnibus eſt ſalutata, ut ad quam Imperium jure hæreditario pertineret. Ea re Mono-

Monomachus Alanam concubinam aſciſcit.

Morbus articularis & lateris dolor.

Edit. Pariſ. pag. 261.

Joannes Logotheta Princeps Senatus.

Lichudes ob integritatem loco movetur.

Theodora Proteuontem avertit.

Monomachi obitus.

LIBER XVII. macho dolorem auxit: cumque non amplius vixiſſet, quam ut ſuſpirio dolo- *Edit. Pariſ. pag. 262.* rem & triſtitiam inde conceptam teſtari poſſet, expiravit. Regnavit annos XII. & menſes octo: ſepultus eſt in Manganorum Monaſterio a ſe condito.

THEODORA. XXIX. THEODORA ſola potita rerum, jam effœta ætate, Imperatorem ſibi adjungere noluit, ſed delectata Imperio, quoad vixit, omnia in ſua poteſtate habuit, Theodoræ ſucceſſus & felicitas. idque conſilio & opera miniſtrorum quoque ſuorum, quos ſummis Magiſtratibus præfecit. Rerum civilium adminiſtrationem Leoni Syncello, cognomento Paraſpondylo, mandavit, qui olim Imperatori B Michaeli operam navarat. Ipſa vero pro tribunali præſedit, Legatis reſpondit, magiſtratus creavit, jus dixit, ſuffragia tulit, ſententiam ſuam in rebus privatis & communibus interpoſuit. Ac fortunata fuit ejus gubernatio. Neque enim quiſquam illi ſe oppoſuit, neque ſubditi decreta ejus neglexerunt, neque ulla gens tum Romanis bellum fecit, ſed & anni partes ſuam temperiem habuerunt, & terra uberes Theodoræ irrita longævitatis ſpes. fructus tulit. Quamvis autem natu grandis, ut dictum eſt, ſceptris potita eſſet, tamen adhuc longum ſibi vitæ tempus pollicebatur, cum corpore firmiore eſſet, quod laboribus haud facile cederet. Sed cum C & ipſam fata urgerent (etſi Monachi, quidam neſcio quot ei ſæcula vitæ promittebant) & familiares ejus ob morbum graviſſimum, quem Iliacum medici vocant, de ſalute illius deſperaſſent: in unum congreſſi deliberant, quis in ejus locum ſubſtituendus eſſet, a quo proſperitas illa & felicitas conſervaretur. Eis porro deliberantibus talis Michael Stratioticus Imperator deſignatur. viſus eſt Michael Stratioticus, vir Byzantius ille quidem, ſed ad tractationem rerum, tanti præſertim principatus, quum ob naturalem ſocordiam & ſimplicitatem, tam ob ætatem longiſſimam ineptus. Neque enim ſenex erat, ut vulgo vo- D cabatur, ſed pene decrepitus. Perſuadent igitur Imperatrici, ut eum in Imperio collocet: a qua ſtatim diademate redimitus eſt, ſanctiſſimo prius jurejurando adactus, ſe nihil ſine illorum conſenſu in Imperatoriis adminiſtrationibus decreturum. His peractis, Imperatricem ſpiritus defecit, quum annum unum, & menſes novem imperaſſet.

A προσκυνήσεως. Τοῦτο τῷ Μονομάχῳ γνωσθὲν, προσέθηκεν ἄλγημα, καὶ βραχὺν ἐπιβιοὺς, ὅσον ἐπιστενάξαι τοῖς γενομένοις καὶ ἀθυμῆσαι ἐξέλιπε, βασιλεύσας ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ κατετέθη εἰς τὴν παρ' αὐτοῦ δομηθεῖσαν μονὴν τῶν Μαγγάνων.

κθ'. Ἡ δὲ Βασιλὶς ΘΕΟΔΩΡΑ ἔξωρος τῆς αὐταρχίας κρατήσασα, Βασιλέα τοῖς πράγμασιν ἐπιστῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἡδυνθεῖσα τῇ ἐξουσίᾳ, παρ' ὅσον ἐπεβίω τῇ Βασιλείᾳ καιρὸν, αὐτὴ τοῦ ὅλου ἦν ἐγκρατὴς, πρὸς τοῦτο καὶ παρὰ τῶν αὐτῆς θεραπόντων ἐμβιβασθεῖσα, οὓς καὶ ταῖς μεγίσταις ἐπέστησε τῶν ἀρχῶν. Τὴν δὲ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων διοίκησιν τῷ Συγκέλλῳ Λέοντι, ὃς Παρασπόνδυ- B λος ὠνόμαστο, ἐνεχείρισε, τῷ πάλαι τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ ὑπηρετήσαντι. Ἡ δὲ προὐκάθητο ἐπὶ βήματος, καὶ ἐχρημάτιζε πρέσβεσι, καὶ ἦν ἀρχαιρεσιάζουσα, καὶ δίκας ἐνθεμιστεύουσα, καὶ ψήφους ἐκφέρουσα, καὶ διαιτῶσα δημοσίαις καὶ κοιναῖς ὑποθέσεσι, καὶ εὐδαιμον ὑπῆρξεν αὐτῇ τὸ αὐτοκρατές. Οὔτε γάρ τις ἀντῇρε χεῖρα αὐτῇ, οὔτ' ὀλιγώρως πρὸς τὰ ἐκείνῃ διδογμένα ὤφθη διατεθὲν τὸ ὑπήκοον, οὔτ' ἔθνη τότε κατὰ Ῥωμαίων κεκίνητο, ἀλλὰ καὶ εὐκρασία γέγονε τῶν ὡρῶν, καὶ ἡ γῆ τοὺς καρποὺς ἀφθόνους ἐξήνεγκεν. Ἔξωρος δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ πλήρης ἡμερῶν ἡ Βασιλὶς αὐτὴ τῶν σκήπτρων κρατήσασα, ὅμως μακροὺς ἔτι τῆς ζωῆς ἑαυτῇ ἐπεμέτρει ἐνιαυτούς. Εἶχε δὲ καὶ τὸ σῶμα ἐρρωμενέστερον, καὶ μὴ C ῥᾷστα πόνοις καμπτόμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην κατήπειγε τὸ χρεὼν (εἰ καί τινες αὐτῇ Μοναχοὶ αἰῶνας ἔτι ζωῆς ἐπηγγέλλοντο) καὶ νόσῳ περιπεπτώκει δεινῇ, ἣν τοῖς Ἀσκληπιάδαις ὀνομάζουσιν εἰλεὸς, καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν αἱ ἐλπίδες αἱ περὶ αὐτῆς ἀπεγνώσθησαν, συλλεγέντες βουλεύονται, τίνα ἂν εἰς τὴν ἀρχὴν ἀντεισαξωσιν, ὃς αὐτοῖς τὴν εὐετηρίαν τηρήσει καὶ τὸ εὐτύχημα. Ἔδοξεν οὖν πρὸς τοῦτο σφίσι κατάλληλος ὁ Στρατιωτικὸς Μιχαὴλ, ἀνὴρ ἐκ Βυζαντίου μὲν γεγονὼς, πρὸς πραγμάτων δὲ, καὶ ταύτης τοσαύτης ἡγεμονίας μεταχείρισιν ἀπειρηκὼς, ἔκ τε φυσικῆς εὐηθείας καὶ ἀφελείας, καὶ διὰ χρόνου μῆκος, ὃ τῇ ἐκείνου παρεξετάθη ζωῇ. Ἤδη γὰρ οὐ γέρων ἦν, ὡς πα- D ρὰ τοῦ δημώδους πλήθους ὠνόμαστο, ἀλλὰ πρεσβύτης. Τοῦτον οὖν πείθουσι τὴν Θεοδώραν ἀντικαταστῆσαι τῇ Βασιλείᾳ. Ἡ δὲ αὐτίκα ταινιοῖ τῷ βασιλείῳ τὸν Μιχαὴλ διαδήματι, πρότερον ὅρκοις προκαταληφθέντα φρικώδεσι, μήτε τῆς ἐκείνων γνώμης χωρὶς ἐπὶ τοῖς τῆς Βασιλείας οἰκονομήσασθαι διοικήσεσιν. Ἐπὶ τούτοις τὴν Βασιλίδα τὸ πνεῦμα ἐξέλιπε, μοναρχήσασαν ἔτος ἓν ἐπὶ ἐννέα μησίν.

pag. 263.

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

MICHAEL STRATIOTICUS. I. MICHAEL ſenex hoc modo Imperator appellatus, Senatores & plebejam multitudinem benigniſſime tractavit, Michael in togatos liberalis, in ſagatos aſper. ad dignitatum gradus promovendo, & honores pleriſque tribuendo, qui captum illorum excederent. Cum militaribus autem catalogis, ac iis potiſſimum qui cæteris antecellentes, multo ante exercituum alarumque ductores fuerant, longe ſecus egit. Nam receos urbem ingreſſis, neque ullum honorem habuit, neque benignis

E α'. ΟΝ οὖν εἴρηται τρόπον ὁ πρεσβύτης ΜΙΧΑΗΛ Αὐτοκράτωρ ἀναρρηθεὶς, τοῖς μὲν τῆς Γερουσίας καὶ τῷ δημώδει πλήθει καὶ παρὰ τὸ προσῆκον ὤφθη φιλοτιμώτατος, ἕκαστον τούτων εἰς βαθμοὺς προβιβάζων ἀξιωμάτων, καὶ τιμὰς προστιθεὶς ἀκαταλλήλους τοῖς πλείοσι. Τοῖς δὲ στρατιωτικοῖς καταλόγοις, καὶ μάλιστα τοῖς τούτων ἐξόχοις, οἷς στρατηγεῖν τε καὶ ἰλαρχεῖν ἀπονενέμητο πρὸ πολλοῦ, καὶ λίαν ἀντιρρόπως τοῖς ἄλλοις ἐνεχρῆτο. Οὔτε γὰρ φιλότιμόν τι πρὸς αὐτοὺς ἐπεδείξατο, ἄρτι καταλαβόντας τὴν Βασιλίδα τῶν πόλεων, οὔτε μὴν πρᾳέσιν αὐτοὺς ἐδεξιώσατο ῥήμα-

σιν. Ἤστην δὲ τούτων πρωτεύοντε ἄνδρε δυοῖν, Μαγίστρω μὲν ὄντε καὶ ἄμφω, λαμπρὼ δὲ τὰ γένη, καὶ οὐχ ἧττον στρατηγικῇ συνέσει καὶ κράτει χειρῶν καὶ θάρσει ψυχῆς εὐκλείαν τὴν περιφάνειαν. Τούτων ἅτερος μὲν ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, ὁ δὲ λοιπὸς ὁ Κεκαυμένος Κατακαλὼν, ᾧ Κολώνεια ἡ πατρίς, ὃν καὶ Δοῦκα Ἀντιοχείας τυγχάνοντα, ἅμα τῇ ἀναῤῥήσει παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, τὸν οἰκεῖον ἀνεψιὸν Μιχαὴλ αὐτίκα Μάγιστρόν τε καὶ Δοῦκα τῆς Ἀντιοχείας προχειρισάμενος, καὶ Οὐρανὸν ἐκεῖνον θέμενος τὸ ἐπώνυμον, ἵνα πρὸς τὸν ἀρχαῖον Οὐρανὸν ἀναφέρειν δοκῇ τὸ γένος. Τοῦτον τοίνυν τὸν Κεκαυμένον, ὡς δῆθεν μὴ καλῶς χρησάμενον τῇ ἀρχῇ, ἀλλά τινας τῶν δυνάμεων καταλελυκότα, καὶ φορτικὸν τοῖς ὑπὸ χεῖρα γενόμενον, καὶ ἐπέπληξεν ἰταμώτερον, καὶ ὀνείδεσιν ἔβαλε, καὶ οὐδ' ὕβρεων ἐφείσατο. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων λαμπροτάτων ἀνδρῶν, καὶ συνταγματαρχούντων ἐκείνῳ, ὑπεραπολογήσασθαι τοῦ ἀνδρὸς ὁρμησάντων, οὐδ' ἐπ' ἐκείνοις τῆς γλώττης ἐφείσατο, οὔτε μὴν αὐτὸν ᾐδέσθη τὸν Κομνηνόν. Ταῦτα τοὺς στρατιώτας εἰς ἀθυμίαν ἐνέβαλε, τοῖς μὲν ἄλλοις φιλοτιμώτατον ὁρῶντας τὸν Μιχαήλ, ἑαυτοῖς δὲ μηδ' ἐν λόγοις τὸ εὐμενὲς ἐνδεικνύμενον, ὅμως μέντοι ἐπέσχον μηδέν τι νεωτερίσαι, ἀλλὰ καὶ δευτέραν πεῖραν ἐπαγαγεῖν ἐβουλεύσαντο. Προτέραν δ' ὁ λόγος ἑτέραν κατὰ τοῦ Βασιλέως διηγήσασθαι τὴν ἐπανάστασιν, καὶ οὕτω πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐπανελεύσεται. Ὁ γὰρ τοῦ Βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου ἐξάδελφος, ὁ Πρόεδρος Θεοδόσιος, ἄρτι τοῦ Μιχαὴλ ἀναῤῥηθέντος, ἐν δεινῷ ποιησάμενος τὴν ἐκείνου ἀνάῤῥησιν, τοὺς οἰκείους θεράποντας προσλαβόμενος, καί τινας ἄλλους ὅσοι κατ' ἐκεῖνον ἐλαφρίαν ἐνόσουν φρενῶν, περὶ δείλην ὀψίαν διὰ τῆς ἀγορᾶς ᾔει, τούτοις δορυφορούμενος, ἑαυτῷ προσήκειν τὸ κράτος λέγων, διὰ τὴν πρὸς τὸν Μονομάχον συγγένειαν, καὶ ἀδικεῖσθαι ἐπιβοώμενος. Γενόμενος δὲ κατὰ τὴν δημοσίαν εἱρκτὴν, ὃ Πραιτώριον ἀκούεται, τὰ κλεῖθρα διαῤῥήξας, τοῖς ἐν αὐτῇ καθειργμένοις ἄνετον παρέσχε τὴν ἔξοδον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τῇ τῆς Χαλκῆς εἰργάσατο φυλακῇ, ἐλπίσας διὰ τούτων τοῦ κατὰ σκοπὸν ἐπιτεύξεσθαι. Ὡς δ' ἔμαθε στρατιωτικὴν ἀθροίζεσθαι περὶ τὰ βασίλεια δύναμιν, καὶ ἤδη στέλλεσθαι κατ' αὐτοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην τρέπεται Ἐκκλησίαν, καὶ μόνος σὺν τῷ υἱῷ περιλειφθεὶς, τῶν ἑπομένων αὐτῷ διασκεδασθέντων, ἐξάγεται τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὑπερορίαν καταδικάζεται. Εἰς τοῦτο δὲ τέλος τοῦ ἐπιχειρήματος αὐτῷ καταντήσαντος, ὁ δημώδης ὄχλος ἐπιγελῶντες αὐτῷ, ῥήματά τινα συνθέντες, ἐπῇδον αὐτῷ· τὰ δ' ἦσαν,

Ὁ μωρὸς ὁ Μονομάχος, ὅ τι ἐφρόνει, ἐποίησεν.

Καὶ ταῦτα μὲν ἔσχεν οὕτως.

β. Οἱ δ' ἐμπαροινηθέντες τῶν Ἑῴων ἀρχόντων καὶ αὖθις πεῖραν προσάγουσι, καὶ προσίασι τῷ τὰ κοινὰ διοικοῦντι τῷ Πρωτοσυγκέλλῳ Λέοντι, καὶ ἱκετεύειν δι' ἐκείνου ἐπεχείρουν τὸν Βασιλέα, μὴ μόνοι αὐτοὶ καταλειφθῆναι ἀγέραστοι, πάντων τῶν φιλοτιμιῶν καταπολαυσάντων τοῦ Αὐτοκράτορος. Καὶ ταῦτα τῶν ἄλλων ἀπαθούντων, αὐτοὶ καὶ παρ' ἀσπίδα ἱστάμενοι, καὶ προπολεμοῦντες τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον τοῦ Βασιλέως ἀδέξιος ὢν μεταχειρίσασθαι λυπουμένους ἄνδρας, καὶ καταστεῖλαι τὸ ἐκ τῆς λύπης αὐτοῖς γενόμενον οἴδημα, οὐ μόνον οὐκ ἐλέανεν ἐν λόγοις τῶν ἀνδρῶν τὴν τραχύτητα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐξετράχυνεν, ἐκφαυλίσας ἕκαστον, καὶ ἀτίμους πάντας ἀποπεμψάμενος. Οὐ-

A alloquiis eos delinivit. Eorum primarii duo viri fuere, uterque Magiſter, & illuſtri genere ortus, ſplendorem illum imperatoriis artis, robore manuum & fiducia animorum magis etiam aſſecutus: alter, Iſaacius Comnenus, alter Ambuſtus Catacalo, patria Coloneenſis, cui ſimul ac deſignatus fuerat Imperator, Antiochiæ ducatum ademit, ſuumque conſobrinum Michaelem ſtatim Magiſtrum & ducem Antiochiæ declaravit, Urani cognomento addito, ut genus ad veterem illum Uranum referre videretur. Eum igitur Ambuſtum, quaſi male geſto magiſtratu, & copiis militaribus imminutis, & gravem obvio cuique, acrius objurgavit, ac ne probris quidem & contumeliis abſtinuit: cumque alii ſplendidiſſimi viri, collegæ ejus, hominem defenſuri eſſent, ne contra illos quidem linguæ moderatus eſt, aut ipſum Comnenum reveritus. Ea res militum animos dejecit, qui Michaelem in alios liberaliſſimum, ſe ne verborum quidem benignitate dignari viderent: neque tamen ad res novandas concitati ſunt, priuſquam denuo periculum ejus feciſſent. Sed antequam ad illorum ſeditionem veniam, alius motus eſt exponendus. Conſtantini Monomachi patruelis, Theodoſius Præſes, Michaelis deſignationem ægre ferens, ſtatim miniſtris ſuis aſſumptis, & nonnullis aliis eadem animi levitate laborantibus aſcitis, crepuſculo iis ſatellitibus circumdatus, per medium forum inceſſit, Imperium ob Monomachi cognationem ad ſe pertinere dicens, atque injuriam ſibi fieri clamitans. Cum vero ad publicum carcerem, quod Prætorium dicitur, veniſſet, clauſtris perruptis, exitum clauſis patefecit. Idem in ea quoque cuſtodia fecit, quæ ad Chalcen eſt, eorum opera ſe voti ſui fore compotem ſperans. Verum ubi cognovit militares copias circa Regiam contra ſe collectas jamjam adfore, ad magnam Eccleſiam convertitur, ex eaque ſolus cum filio relictus, gregalibus ſuis dilapſis, educitur, & relegatur. Hoc eventu conatum ejus conſecuto, plebeja multitudo per ludibrium hanc cantilenam in eum cecinit.

Fatuus Monomachus, quod cogitavit, egit.

II. Cæterum Orientales duces injuriis affecti, denuo fortunam periclitaturi, Leonem Protoſyncellum communia negotia procurantem adeunt, eo interceſſore Imperatorem precaturi, ne ſoli negligerentur, cum cæteri omnes liberalitatis ejus fructum aliquem percepiſſent; aliis præſertim ſuaviter viventibus, ſe vero in acie ſtantibus, Romanumque Imperium propugnantibus. At ille nihilo dexterior Imperatore, ad tractandos viros dolentes, & tumorem ex dolore ortum reprimendum, aſperitatem eorum adeo non lenit, ut etiam auxerit, ſingulorum virtutem elevando, & omnes

Iſaacius Comnenus. Ambuſtus Catacalo.

Theodoſii Præſidis ſeditio.

Edit. Pariſ. pag. 264.

Orientales duces ob contemptum ſui regnum affectant

LIBER XVIII

ſine honore dimittendo. Hac ſecunda repulſa irritati, non diutius ſibi cunctandum eſſe cenſuerunt, ſed quiſque proximum cohortatus, animo conceptum facinus ad exitum perducere decreverunt. Viſum autem eis eſt Bryennium quoque virum illuſtrem, Macedonicarum copiarum ducem, & Cappadociæ præfectum in conſilium & auxilium adhibere, qui cauſas & ipſe ſimultatis contra Imperatorem haberet. Qui cum operam promiſiſſet, in deliberatione deligendi Imperatoris, omnium ſuffragiis Comnenus cæteris eſt prælatus. His compoſitis, domum omnes redierunt, diſceſſu ſuo Imperatori denuntiato. Abiit & Bryennius cum ſuis legionibus: cumque in Orientalem Provinciam una cum Joanne Opſara Patricio, qui aurum vehebat, veniſſet, militarium ſtipendiorum diſtributionem adminiſtrabat: qua jam inchoata, ſingulis militibus frumentum admetiebatur, & pecuniæ ſummam augebat. Opſara vero Quæſtore negante, ſe id ab Imperatore in mandatis habere: Bryennius eum inſolentius tacere, & quod juberetur, facere juſſit. Adhuc detrectantem & audacius refragantem, ira percitus, arrepta coma & barba ejus, ſolo illiſum, in vincula conjecit. Quo Dux Piſidarum & Lycaonum, qui caſtra in propinquo habebat, cognito, id facinus tyrannidis principium judicans, Bryennii tabernaculum cum ſuis legionibus ex improviſo invadit, ſolutoque Opſaræ illum tradit, qui hominem ſtatim effoſſis oculis ad Imperatorem cum facinorum ejus commemoratione miſit. Hoc ita geſto, conjurati congreſſi in unum, rem nihilominus urgebant, ex militaribus catalogis aliunde alio ad ipſos confluente. Omnibus enim militibus in votis erat, ut miles Imperio potiretur. Nam iniquis animis togato parebant, neque tamen deſiderium ſuum prodere auſi, cupiditatem illam, dum ſe maturandi facinoris offerret occaſio, tegebant. Verum ubi Comnenum affectaſſe regnum compererunt, atque ipſum caput eſſe negotii, & a fortioribus provinciis adjutari: id demum eſſe rati, quod diu animis agitaſſent, arrepta opportunitate alii alios antevertere properarant. Unde Comnenus maximis copiis comparatis, tributa per totum Orientem exegit, quæſtoribus & inſcriptoribus eorum quæ allata eſſent, conſtitutis. Deinde verſus Nicæam movit, jam Imperator ab omnibus ſuis militibus appellatus, ea potiri cupiens, ut haberet urbem unde progredi, quoque confugere tuto velut in aſylum quoddam quovis eventu poſſet, eaque occupata, & juſto præſidio impoſito, duodecim inde ſtadiis caſtrametatur. Michael vero Imperator Occidentalibus legionibus convocatis, & ſi quæ ex Orientalibus a fide non diſceſſerant: Ducem eum Imperio præfecit Orientis Domeſticum Theodorum ſpa-

Bryennius ab Opſara cæcatus ad Imperatorem mittitur.

Edit. Pariſ. pag. 265.

Comnenus a militibus Imperator ſalutatus Nicæam occupat.

Comnenus, viſo Michaelis exercitu, in ſucceſſionem Imperii adoptatur.

A πας οὖν καὶ τῆς δευτέρας πειραθέντες πείρας, οὐκέτι μέλλειν ἔγνωσαν, ἀλλ' ἕκαστος τὸν πλησίον παρακροτήσαντες, ἐσπεύδον εἰς προῦπτον ἐκφῆναι τὸ μελετώμενον. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς καὶ τὸν Βρυέννιον χρῆναι συνίστορα καὶ συλλήπτορα τοῦ ἐπιχειρήματος, ὄντα τε τῶν ἐπιφανῶν, καὶ στρατηγοῦντα τῶν ἐν Μακεδονίᾳ δυνάμεων, καὶ τὴν τῆς Καππαδοκίας περιεζωσμένον ἀρχήν, λύπης τ' αἰτίας κἀκεῖνον ἐσχηκότα κατὰ τοῦ Αὐτοκράτορος. Ὡς δ' οὖν κἀκεῖνον ἕτοιμον εὗρον πρὸς τὸ σφέτερον βούλευμα, ἐζήτουν τὸν ἐξ αὐτῶν βασιλεύσοντα, καὶ πᾶσιν ὁ Κομνηνὸς ἁπάντων προὐκέκριτο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνέθεντο, ἐπ' οἴκου ξύμπαντες ἀνεχώρησαν, τῷ Βασιλεῖ προσειπόντες τὰ ἐξιτήρια. Ἄπεισι δὲ καὶ ὁ Βρυέννιος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ταγμάτων, καὶ ἐν τῷ Θέματι τῶν Ἀνατολικῶν γεγονώς, τὴν τῶν B στρατιωτικῶν ὀψωνίων διανομὴν ἐκεῖ διετίθετο· συνῆν γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ Πατρίκιος Ἰωάννης ὁ Ὀψαρᾶς χρυσίον ἐπιφερόμενος. Ἤδη δὲ τῆς διανομῆς ἠργμένης, ὁ Βρυέννιος προσετίθει τοῖς στρατιώταις τὰ σιτηρέσια, καὶ ηὔξει τὸ ἑκάστῳ νενεμημένον ποσόν. Ὁ δὲ τοῦ χρυσοῦ ταμίας ὁ εἰρημένος ἀνὴρ μὴ τοῦτο ἔλεγεν ἐντετάλθαι οἱ πρὸς τοῦ Αὐτοκράτορος. Καὶ ὁ Βρυέννιος σιωπᾶν αὐτῷ, καὶ ποιεῖν τὸ ἐπιτασσόμενον ἐνεκελεύετο ἐπιτιμότερον. Ὡς δ' ἔτι ὁ Ὀψαρᾶς οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ καὶ θρασύτερον ἐκείνῳ ἀντέλεγεν, ὁ Βρυέννιος θυμῷ ληφθείς, ἀνέθορέ τε τῆς καθέδρας, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς τριχῶν, τῆς τε ὑπήνης λαβόμενος τοῦ ἀνδρὸς προσαρράσσει τῇ γῇ, καὶ περιβάλλει δεσμοῖς. Ἐγγὺς δέ που στρατοπεδεύων ὁ τῶν Πισιδῶν καὶ τῶν Λυκαόνων Στρατάρχης, καὶ τὰ περὶ C τὸν Ὀψαρᾶν μαθών, καὶ τυραννίδος ταῦτα κρίνας ἀρχήν, ἀθρόον ἔπεισι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ταγμάτων τῇ τοῦ Βρυεννίου σκηνῇ. Καὶ δεσμεῖ μὲν ἐκεῖνον, λύει δὲ τὸν Ὀψαρᾶν τῶν δεσμῶν, καὶ αὐτῷ τὸν Βρυέννιον παραδίδωσιν· ὁ δὲ αὐτίκα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτει ἐκείνου, καὶ οὕτω τὸν ἄνδρα τῷ Βασιλεῖ ἐξαποστέλλει, ἐπιστείλας αὐτῷ καὶ ὅσα τετόλμηκε. Καὶ ταῦτα μὲν συνεκεχώρηντο οὑτωσί· ὁ δέ γε Κομνηνὸς καὶ οἱ ἐκείνῳ συνομωμοσμένοι συνελθόντες, ἔργου ἥπτοντο, τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ἄλλοθεν ἄλλων προσρυισκομένων αὐτοῖς. Ἦν μὲν γὰρ τῷ στρατιωτικῷ παντὶ ἔφεσις, στρατιώτην τὴν βασίλειον ἀρχὴν περιζώσασθαι. Ἤχθοντο γὰρ ὑπὸ τοῦ πολιτικοῦ μέρους ἀρχόμενοι, ἀλλ' οὐκ D ἐθάῤῥει τὸν πόθον εἰς προῦπτον ἐξενεγκεῖν, ἔκρυπτε δὲ τὸν ἔρωτα, καὶ ὤδινε τὸν περὶ τούτου σκοπόν. Ἐπεὶ δὲ τὸν Κομνηνὸν τυραννίδι ἐπιχειρήσαντα μεμαθήκεσαν, καὶ αὐτὸν μὲν κορυφαῖον εἶναι τοῦ δράματος, τὰ δὲ κράτιστα τῶν γενῶν τῆς ἐπιχειρήσεως αὐτῷ συλλαμβάνεσθαι· τοῦτ' εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν μελετώμενον δόξαντες, ἁρπάζουσι τὸν καιρόν, καὶ ἕκαστος τὸν πέλας προφθάσαι ἠπείγετο. Ἐντεῦθεν τῷ Κομνηνῷ βαρεῖα συνίσταται δύναμις· Στείλας οὖν κατὰ ξύμπασαν τὴν Ἑῴαν, τοὺς φόρους ἐπράττετο, ἀποδέκτορας τούτων τάξας, καὶ τῶν προσαγομένων ἀπογραφεῖς. Εἶτα ἄρας ἄπεισι πρὸς Νίκαιαν, ἤδη Βασιλεὺς πρὸς πάντων τῶν σὺν αὐτῷ στρατευο- E μένων ἀναῤῥηθείς, ταύτης ἐγκρατὴς γενέσθαι βουλόμενος, ἵν' ἔχῃ τὴν πόλιν ὁρμητήριον ἢ καταφύγιον, ὁποτέρως ἂν ῥίψῃ τὰ τῆς τύχης αὐτῷ. Καὶ ταύτην μὲν λαμβάνει, αὐτὸς δὲ φρουρὰν ἀρκοῦσαν ἐγκαταστήσας αὐτῇ, πρὸ δώδεκα σταδίων ταύτης στρατοπεδεύεται. Καὶ ὁ Βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ τὰς Δυτικὰς ἀγείρας δυνάμεις, καὶ εἴ τινες που τῶν Ἑῴων περιλείφθησαν, μὴ συναπαχθεῖσαι τῷ Κομνηνῷ, ἐφιστᾷ τούτοις στρατηγὸν αὐτοκράτορα, τὸν Δομέστικον τῆς Ἀνατολῆς τὸν ἐκτομίαν Θεόδωρον,

τὸν τῆς

τὸν τῆς Βασιλίσσης Θεοδώρας θεράποντα· συζεύξας αὐτῷ συνάρχοντα καὶ τὸν Μάγιστρον Ἀαρὼν, σύγγονον ὄντα τῆς συνοικούσης τῷ Κομνηνῷ. Οἱ τοῖς ἐναντίοις ἀντιστρατοπεδευσάμενοι, συγκροτοῦσι καὶ πόλεμον κατά τινα τόπον, Ἅδην τοῖς ἐγχωρίοις καλούμενον, καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας τῶν βασιλικῶν ἔτρεψε τὸ δεξιὸν κέρας τῶν περὶ τὸν Κομνηνὸν, καὶ τὸν ἐφεστηκότα τούτῳ Ῥωμανὸν τὸν Σκληρὸν συνέσχε ζῶντα. Τὸ δέ γε τῶν ἐναντίων εὐώνυμον, οὗ κατῆρχεν ὁ Κεκαυμένος, τὸ δεξιὸν ἐτρέψατο τῶν βασιλικῶν, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ στρατόπεδον εἰσῆλθεν αὐτῶν, καὶ τὰς σκηνὰς διέρρηξε, καὶ ἔρριψε κατὰ γῆς. Τοῦτο τοῖς περὶ τὸν Κομνηνὸν θάρσος ὡς μάλιστα ἐνεποίησε, τοῖς δ' ἀντιπολεμοῦσι κατέβαλε τὰ φρονήματα, καὶ φεύγειν ἀνέπεισε. Γίνεται τοίνυν τῶν βασιλικῶν φόνος πολὺς, οὐ κοινῶν μόνον στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ στρατηγῶν, καὶ πλείους δὲ ἐζωγρήθησαν, καὶ ἡ νίκη ἀναφανδὸν τῷ Κομνηνῷ ἐπεμειδία.

γ'. Τοῦτο μαθὼν ὁ Βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀπεγνώκει τὰ τοῦ πολέμου, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι ἐβούλετο, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἐκεῖνον τοῦτο ἀβούλητον ἦν, ὅθεν οὐδ' εἰς ἔργον ἀγαγεῖν συνεχωρήθη τὸ βούλημα. Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες, ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς Συγκλήτου βουλῆς· οἱ δ' ἦσαν ὁ Πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ Πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπός, καὶ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς, τῶν Φιλοσόφων ὢν Ὕπατος. Τὰ δὲ παρὰ τούτων καταγγελλόμενα, υἱοθέτησις ἦν τοῦ Κομνηνοῦ εἰσποιηθησομένου τῷ Βασιλεῖ, καὶ ἀναγωγὴ πρὸς τὴν τιμὴν τὴν τοῦ Καίσαρος, καὶ τοῖς τὴν τυραννίδα συμμελετήσασιν ἄφεσίς τε καὶ ἀμνηστία τοῦ πλημμελήματος. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα τῷ Κομνηνῷ ἀπηγγέλκασιν ἐν ἐπηκόῳ τοῦ πλήθους, τὸ δ' ἐθορυβήθη, μὴ βούλεσθαι λέγον ἐν ἄλλῳ σχήματι τὸν αὐτῶν προεστηκότα θεάσασθαι, μηδ' ἀποδύσασθαι ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν τὴν στολὴν τὴν βασίλειον, ἣν ἤδη ἐνδέδυται. Ἔλεγον δὲ ταῦτα οἱ πλείους οὐχ οὕτω φρονοῦντες, ἀλλὰ τὸν τυραννοῦντα θωπεύοντες. Ἐπεὶ δὲ διελύθη ὁ σύλλογος, ἰδίᾳ τοὺς πρέσβεις ὁ Κομνηνὸς προσλαβόμενος, Εἴ τινά μοι, φησὶν, ἀπόρρητα διαπορθμεῦσαι πληροφορήσετε πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, ἐρῶ ὑμῖν ὅσα μοι κατὰ τὴν καρδίαν ἐγκέκρυπται. Τῶν δὲ κατατεθειμένων ἀνέκφορον τηρῆσαι ἅπαν ἀπόρρητον, ἔφη ἀρκεῖσθαι νῦν τῷ σχήματι τῷ τοῦ Καίσαρος, καὶ μὴ ζητεῖν τὸ βασίλειον, αἰτεῖν δὲ πληροφορίαν ἐκ τοῦ κρατοῦντος, ὡς οὐχ ἑτέρῳ δώσει τὴν ἀρχήν ποτε, καὶ ὡς συντηρήσει ἑκάστῳ τῶν σὺν ἐμοὶ, εἴ τι τούτοις πεφιλοτίμηται παρ' ἐμοῦ, καὶ ὡς καί τινος μεταδώσει μοι καὶ τῆς ἐξουσίας βασιλικῆς, ἵν' ἔχω τινὰς τιμᾶν τοῖς τῶν ἀξιωμάτων ἐλάττοσι καὶ εἰς ἀρχὰς ἐνίους στρατηγικὰς προχειρίζεσθαι, καὶ εἰ μοι ταῦτα ἐντελῆ γίνοιτο, σπείσομαι καὶ ἀφίξομαι. Ὅτι δὲ τοῖς πλήθεσι ταῦτα τοῖς σὺν ἐμοὶ ἀπαρέσκουσι, δεττὰς πρὸς τὸν κρατοῦντα ἐγχαράξω ἐπιστολὰς, καὶ τῇ μὲν καταδημαγωγήσω τὸ στρατιωτικὸν, τῇ δ' ἐγγράψομαι τὰ ἀπόρρητα. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν τὰ κοινὰ μεταχειριζόμενον ἤτοι μεταστῆναι τῆς διοικήσεως, ὡς δύσνουν αὐτῷ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς ἐγχειρίσας, ἀπελθεῖν προετρέπετο. Οἱ δ' ἐπανῆλθον ἐπὶ τὸν γηραιὸν Αὐτοκράτορα, τάς τε ἐπιστολὰς φέροντες, καὶ ὅσα ὁ Κομνηνὸς αὐτοῖς ἐν ἀπορρήτοις ἔφη διὰ ζώσης φωνῆς ἀπαγγέλλοντες. Ἥσθη οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Βασιλεὺς, πάντα πληρῶσαι ὅσα ἐκεῖνος ᾐτήσατο ἐπηγγείλατο, καὶ προσεπήγαγεν, ὅτι, Ὥσπερ ἐκεῖνος ἀπορρήτους μοι γνώμας ἐδήλωσε δι' ὑμῶν, οὕτως αὖθις κἀγὼ δι' ὑμῶν μυστικώτερά τινα ἐκείνῳ διὰ τῶν αὐτῶν ἀνατίθεμαι ὑμῶν. Διόμνυθι τοίνυν τῷ ἀνδρὶ, ὅτι οὐ μακρὰν ἂν εἴη τὸ

dronem, Imperatricis Theodoræ miniſtrum, adjuncto collega Magiſtro Aarone fratre conjugis Comneni. Qui caſtris contra hoſtes poſitis, prælium commiſere in loco qui ab incolis Orcus appellatur. ubi a ſiniſtro cornu Imperatoriorum, dextrum Comneniorum profligatum eſt, & qui in eo curabat, Romanus Sclerus vivus captus: Sed hoſtium ſiniſtrum cui Ambuſtus præerat, dextro Imperatorium cornu in fugam verſo, in caſtra uſque penetravit, & tentoria diſcerpta ſubvertit. Id factum ut Comneniorum animos vehementer auxit, ſic Imperatorium adeo dejecit, ut ſe fugæ mandarent, in qua multi cæſi ſunt non gregarii duntaxat milites, ſed duces etiam, pluribus captis, Comneno victoria minime dubia potito.

Edit. Pariſ. pag. 266.

III. Eo cognito Michael deſperato bello, Imperium deponere voluit: ſed id conſilium familiaribus improbantibus, exequi non potuit. Legantur igitur ad Comnenum ſelecti viri ex Patribus conſcriptis, Conſtantinus Lichudes Præſes, Leo Præſes Alopus, & Michael Pſellus Princeps Philoſophorum: cujus legationis ea ſumma fuit: Comnenum ab Imperatore adoptatum iri, & Cæſarem deſignandum eſſe, conceſſa venia & oblivione injuriarum iis, qui tyrannidis adjutores fuerant. Quæ cum audiente exercitu Comneno nunciarentur, milites tumultuabantur: negantes ſe paſſuros ſuum præfectum in alio habitu conſpici, aut exui veſtem Imperatoriam, qua jam indutus eſſet. Quæ verba a pluribus per aſſentationem, quam ex animo, jactabantur. Soluto conventu, Comnenus Legatis ſeductis, ait: *Si arcana quædam Imperatori ſe renunciaturos promiſiſſent, ſe expoſiturum ea, quæ animo celaret.* Qui cum taciturnitatis fidem dediſſent, *Se nunc*, ait, *habitu Cæſaris contentum eſſe, nec requirere Imperatorium: ſed id poſtulare, ut Imperator nulli alii unquam traditurum Imperium, & iis quos donaſſet, præmia non erepturum confirmet, & aliquid Imperatoriæ poteſtatis impertiatur, ut minoribus dignitatibus nonnullos ornare liceat, & ad militares magiſtratus evehere. Quæ ſi impetraſſet, ſe pace facta in urbem venturum, & quia illa ſuis diſplicerent, binas ſcripturum litteras, quarum alteris fucum militibus faceret, alteris arcana mandaret. Præterea rerum communium adminiſtrationem ei adimendam eſſe, qui nunc ſibi & ſuis infenſus, ea fungeretur.* His dictis litteriſque traditis, hortatur abire Legatos. Senex Michael cum litteris acceptis, tum arcanis mandatis auditis, delectatus, ad omnia illius poſtulata annuit, atque adjecit, *Quemadmodum Comnenus ſibi per illos occulta quædam ſignificaſſet, ita ſe illi per eoſdem occultiora nunciaturum, ut jurejurando confirmarent videlicet, non multum temporis interceſſurum, quin illum collegam imperii aſciturus eſſet: nunc vero ſe id certis de*

Michael dum ſe Comneno fucum facturum putat, imperio excidit.

pag. 267.

LIBER XVIII *cauſis differre*. Hæc per Legatos nuntiata Comnenus cupide admiſit, nec alii inviti acceperunt, præſertim quod rerum communium procuratori poteſtas adimenda eſſet, jamque omnibus decretum erat, poſitis armis tyrannide abſtinere. At ſenex Imperator, priuſquam cum Comneno tranſigeret, togatorum erga ſe benevolentiæ, ut putabat, confirmandæ ergo, ſcriptum quoddam confecerat, quo ſingulos jurejarando & diris obſtringebat, ut Comnenum neque Imperatorem nominarent, neque Imperatorium honorem ei deferrent, atque Senatorum alios pecunia, alios dignitatum largitionibus, alios aliis illecebris impulerat, ut ſubſcriptione ſua earam literarum ſententiam confirmarent. Verum audito Comneni adventu, qui poſtridie urbem ingreſſurus eſſet, quidam ex Patribus conſcriptis factioſi homines mane ſe in templum Divini Verbi Sapientiæ contulerunt, quibus ſe etiam Sodalitatum principes aggregarunt, & Patriarchæ præſentiam vociferationibus efflagitarunt. At ille foribus undique occluſis, fratris filios percontatum miſit, quid vellent? quos illi, concurſu multitudine aucta, comprehenſos male tractaturos eſſe, comminati ſunt, niſi Patriarcha ſtatim egrederetur. Feruntur autem illa ficta fuiſſe & ſimulata, ut Patriarcha invitus ad ſeditioſos prodire videretur. Cum igitur ea ſuperiori ædium parte deſcendiſſet, pontificia ſtola indutus, eos qui aderant incuſans, ut a quibus vis ſibi fieret ſcilicet; audaciores ex ſeditioſis ac potius ſeditionis auctores, corona circa eum facta petiverunt, ut Legatus ad Imperatorem iret, ac ſcriptum ſibi reſtitui poſtularet, cui ſubſcribere coacti eſſent. Sed id quoque commentitium erat. Nam paulo poſt Comnenum aperte Imperatorem ſalutarunt, etiam Patriarcha ſuffragante & adjutante, qui illi nuntiarat, ne cunctaretur, & præmium ſuffragii poſtularat, & Imperatori inſolentius denuntiarat, ut Regia decederet. Quo nuntio a primariis Sacerdotibus accepto, ſenex Michael percontatus eſt, *Quod ſibi præmium pro Imperio daturi eſſent*, illiſque reſpondentibus, *Regnum cæleſte*: ſtatim inſignibus abjectis Regia deceſſit. Comnenus autem, Ambuſtum, quem Curopalatem fecerat, cum copiis ad Regiam occupandam miſit, populo ad novi Imperatoris occurſum effuſo, ac illuſtriſſimum reddente ejus in urbem ingreſſum.

Edit. Pariſ. pag. 268.

ISAACIUS COMNENUS.

IV. Senex igitur Michael cum unum imperaſſet annum regno excidit, neque diu poſt ſuperſtes fuit. At COMNENUM, firmato Imperio, adeptionem ejus non Deo, ſed ſibi adſcripſiſſe ex eo apparet, quod in nummis ſuam imaginem ſtricto enſe inſculpendam curavit, tantum non clamitans, eam ſibi, *nec quicquam aliud regnum peperiſſe*. Eos a quibus adjutus fuerat

Michaelis obitus.

Comneni arrogantia, gratitudo, rapacitas.

A μέσον διάστημα, καὶ συμμέτοχον αὐτὸν τοῦ κράτους ποιήσομαι, τοῦτο δ' ἕως ἀναβάλλομαι διά τινα αἴτια. Ἐπὶ τούτοις ἀπῆλθον αὖθις οἱ πρεσβευταὶ, καὶ ὁ Κομνηνὸς ἄσμενος τὰς ἀγγελίας ἐδέξατο, καὶ τοῖς ἄλλοις οὐκ ἀποθύμια τὰ μηνύματα ἔδοξαν· καὶ μᾶλλον, ὅτι μετατίθεσθαι τῷ διοικήσιων τὰ ἐγκεχειρισμένον αὐτῷ· μεμαθήκεισαν, καὶ ἤδη καταθέσθαι τὰ ὅπλα ἔδοξεν ἅπασιν, ὡς καὶ τῆς τυραννίδος ἀφέξεσθαι. Ὁ πρεσβύτης δὲ Βασιλεὺς, πρὸ τοῦ τὰς συμβάσεις αὐτῷ πρὸς τὸν Κομνηνὸν γενέσθαι, τὰς πολιτικὰς μοίρας εὔνοιαν περιποιούμενος ἑαυτῷ, ὥσπερ ᾤετο, ἔγγραφόν τι συγγεγραφὼς, ὅρκοις κατέδησε μὲν καὶ ἀραῖς ἕκαστον, ὥστε μήτε Βασιλέα καλέσαι τὸν Κομνηνὸν μηδὲ τιμὴν αὐτῷ προσνεῖμαι βασίλειον, τοὺς μὲν τῶν Συγκλητι-
B κῶν χρήμασι, τοὺς δ' ἀξιωμάτων ἐπινομαῖς, καὶ ἄλλους ἄλλοις θελκτηρίοις ἀνέπειθε τῷ ἐγγράφῳ ὑποσημαίνεσθαι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βεβαιοῦν. Ἐπεὶ δ' ἤκουσαν τὸν Κομνηνὸν ἀκηκόεισαν, ὡς καὶ τῇ ἐπιούσῃ εἰσελευσόμενον· στασιώδεις τινὲς τῶν τῆς Συγκλήτου βουλῆς ἕωθεν τῷ τεμένει τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας προσελελύθεισαν, οἷς καὶ οἱ τῶν Ἑταιρειῶν συνελεύσαν ἄρχοντες, καὶ κραυγαῖς προσεκαλοῦντο τὸν Πατριάρχην εἰς θέαν σφίσιν ἐλθεῖν. Ὁ δὲ τὰς θύρας αὐτοῦ ἁπανταχόθεν ἐπιζυγώσας, τοὺς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ ἐκπέπομφε πευσομένους, ὅτι φασίν; οἱ δὲ θορυβοῦντες εἰς πλῆθος ἤδη συστάντες, πολλῶν συῤῥευσάντων ἐκεῖ, συνέσχον τοὺς τοῦ Πατριάρχου ἀδελφιδοῦς, καὶ εἰ μὴ αὐτίκα πρὸς αὐτοὺς ἐξελεύσεται ὁ Ἀρχιερεὺς, διαθήσειν ἐκείνους ἠπείλουν κακῶς.
C Λέγεται δὲ ταῦτα σκῆψις εἶναι καὶ προβλήματα, ἵν' ἄκων δοκοίη συνελθεῖν ὁ Πατριάρχης τοῖς στασιάζουσι. Κατελθὼν οὖν ἐκ τῶν ὑπερῴων, τὴν ἱερατικὴν ἐνδεδυμένος στολὴν, ἐνεκάλει δῆθεν τοῖς παροῦσιν ὡς βιαζόμενος. Οἱ δὲ τῶν στασιαζόντων θρασύτεροι, ὃ μᾶλλον δ' ἂν ἡ στάσις συνέστατο, μέσον ἀπειληφότες αὐτὸν, πρεσβευτὴν ἀξίουν γενέσθαι πρὸς τὸν Βασιλέα, ἵν' αὐτοῖς ἀποδοθείη τὸ ἔγγραφον, ὃ βιασθέντες ὑπογεγράφασιν, ἐπεὶ τῷ Κομνηνῷ ἐκεῖνος ἐπεσείσατο. Ὁ δὲ πληρώσειν αὐτοῖς τὸ αἴτημα κατετίθετο. Ἀλλ' ἦσαν προσποιήσεις ἅπαντα. Βραχείας γὰρ παρελθούσης ὥρας, Βασιλέα καὶ Αὐτοκράτορα φανερῶς ἀνεῖπον τὸν Κομνηνὸν, αὐτοῦ τοῦ Πατριάρχου συνεπιδοξάζοντος καὶ συμπράττοντος, καὶ τῷ μὲν Κομνηνῷ μὴ μέλλειν δηλώσαντος, ἀλλ'
D ἀπιέναι, καὶ ἀμοιβὰς αἰτοῦντος τῆς ἀναῤῥήσεως, τῷ δ' ἕως τότε βασιλεύοντι κατιέναι τῶν ἀνακτόρων ἰταμώτερον ἐπιτάττοντος. Ἀρχιερέων δὲ τῷ γέροντι Μιχαὴλ τὰ τοῦ Πατριάρχου κομισάντων μηνύματα, ἐκεῖνος ἔφη, Τί δή μοι ἀντὶ τῆς βασιλείας παρέξειν; Οἱ δὲ, Τὴν οὐράνιον βασιλείαν, ἀνταπεκρίθησαν. Αὐτίκα τοίνυν ἀποῤῥίψας τὰ τῆς Βασιλείας παράσημα, ἀπῆλθε τῶν βασιλείων. Ὁ δέ γε Κομνηνὸς Κουροπαλάτην τιμήσας τὸν Κεκαυμένον, στέλλει τὸν ἄνδρα μετά τινος δυνάμεως παραληψόμενον τὰ ἀνάκτορα. Τὸ μέντοι πλῆθος τῆς πόλεως εἰς ὑπαντὴν τοῦ νέου Βασιλέως ἐκκέχυτο, λαμπρότατα οἱ ποιοῦν τὰ εἰς τὴν Βασιλεύουσαν εἰσιτήρια.

E δ'. Ἕνα μὲν οὖν ὁ γηραιὸς Μιχαὴλ αὐταρχήσας ἐνιαυτὸν, τῆς βασιλείας ἐκπέπτωκε, καὶ οὐ πολὺ ἐν ἰδιωτικῷ σχήματι βιώσας, ἀπέτισε τὸ χρεών. Ὁ δὲ ΚΟΜΝΗΝΟΣ, τῇ Βασιλείᾳ ἐγκαταστὰς, ἑαυτῷ τὴν ταύτης ἐπιτυχίαν, καὶ οὐ τῷ Θεῷ ἐπεγράψατο, καὶ τοῦτο δῆλον, ὅτι τῷ νομίσματι ξιφήρη ἑαυτὸν ἐνεχάραξε, μόνον οὐχὶ βοῶν, ὅτι, Τοῦτό μοι τὴν βασιλείαν, καὶ οὐχ ἕτερόν τι προ-

ξένους. Τοὺς δὲ συναραμένους αὐτῷ φιλοτιμότατα ἠμείψατο, καὶ ἐσπούδασεν, ἑκάστῳ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοὺς, πάντας οἴκαδε παρασκευάσαι ἀποχωρεῖν, ἵνα μή τι θορυβήσωσιν, ἢ τοῦ δήμου κατεξαναστῶσιν ἀστυπολοῦντες. Τὸν δὲ Πατριάρχην δι' αἰδοῦς ἦγεν ὅτι πολλῆς, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφόπαιδας δι' ἐκεῖνον τιμαῖς ἐτίμησε μείζοσι, καὶ ἀρχαῖς ὑπερφανέσιν ἐπέστησε. Χαριζόμενος δ' ἔτι τῷ Πατριάρχῃ, καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων οἰκονομίαν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπένειμε, μέχρι τότε τοῦ μεγάλου Οἰκονόμου προχειριζομένου παρὰ τοῦ βασιλεύοντος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Σκευοφύλακος, ἐκεῖνος δὲ καὶ ἄμφω ὑπὸ τὴν τοῦ Πατριάρχου ἔθετο ἐξουσίαν, ἀποξενώσας ἀμφοῖν τὸ δημόσιον. Εἶτα τὴν μὲν τοῦ βίου αὐτῷ κοινωνὸν Αὐγοῦσταν ἀνηγόρευσε, τὸν δὲ ἀδελφὸν Ἰωάννην Κουροπαλάτην τετίμηκε, καὶ ὀνόματι Μέγαν Δομέστικον. Τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ Βασιλέων ὅσοι μετὰ τὸν Πορφυρογέννητον ἐκεῖνον Βασίλειον τῆς βασιλείας ἐπέβησαν, οὐ καλῶς χρησαμένων τοῖς βασιλείοις καὶ κοινοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς οἰκείας ἀπολαύσεις, καὶ εἰς ἀσκητηρίων καταπαθησάντων οἰκοδομὰς, τὰ δὲ δωρουμένων οἷς ἔτυχεν, ὥσπερ ἐβούλοντο, οἱ βασιλικοὶ θησαυροὶ ἐκεκένωντο, καὶ τὰ δημόσια πρυτανεῖα χρημάτων ἐσπάνιζον. Τοῦτο τοίνυν ὁ Κομνηνὸς προθέμενος διορθώσασθαι, οὐκ ἠρέμα οὐδὲ κατὰ βραχὺ τῇ διορθώσει ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ὡς τῷ στατῆρι ἑαυτὸν ἀνεστήλωσεν, ἀνατεταμένην τὴν χεῖρα, φέρουσαν τὸ ξίφος γυμνὸν, οὕτω καὶ τοῖς πράγμασιν ἐπεισήγαγεν ἑαυτὸν, καὶ τομαῖς αὐτίκα παρεσκεύαστο τὰ οἰδήματα, ἀλλ' οὐ μαλάσσειν οὐδ' ἐμπλάττειν τὰ ὕπουλα. Ὅθεν οὐδὲ ἐξ ὅτουπερ τοῦ κράτους ἐπέβη, καὶ εἰς ἔννομον ἀρχὴν τὴν πρὶν αὐτοῦ τυραννίδα μετήνεγκεν, ἀναποδίσας τὴν τοῦ πρὸ αὐτοῦ πρᾶξιν, ἀνέτρεψε, καὶ εἴ τι ἐκεῖνος τισὶν ἐδωρήσατο, ἀφῃρεῖτο καὶ ἀπεστέρει τοὺς εἰληφότας, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ ἐκείνου πολλὰ καθῄρησε, καὶ ἠθέτησε, καὶ οὐ μόνον ταῦτα πρὸς τὸ δημῶδες ἐποίει, ἀλλ' οὐδὲ τῆς Γερουσίας ἐφείδετο. Εἶτα προβαίνων καὶ κατὰ τοῦ θείου ἐχώρησε, καὶ πολλὰ τῶν τοῖς παρ' ἐκείνων δομηθεῖσι φροντιστηρίοις ἀφιερωμένων ἠκρωτηρίασεν, ἢ μᾶλλον ἐκλογισμοῖς ὑποβάλλων τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀσκουμένους, καὶ τὴν ἀπαρκοῦσαν αὐτοῖς δαπάνην ἀπονέμων, τὰ λοιπὰ τῷ δημοσίῳ ἀφωσίου καὶ ἀνελάμβανε. Καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις καθ' ἑκάστην ἐνεόχμου τοιαῦτα. Ἐντεῦθεν ἅπασιν ἦν μισητὸς τῷ τε δημοτικῷ πλήθει, τῇ τε Συγκλήτῳ βουλῇ, ἀλλὰ μέντοι καὶ τῷ στρατιωτικῷ. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκείνου ἀπείχετο, ἀλλὰ κἀκείνοις ἀπεμείου τὰς εὐπορίας, καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον τοῖς ἐν τοῖς Σεμνείοις τὴν ζωὴν διανύουσι. Τὸν δὲ οὐδὲν ἀπῆγε τοῦ ἐγχειρήματος, οὐ λόγος, οὐ δέος, οὐ μῖσος, οὐ ψόγος· οὕτως ἐπῆρτο τὸ φρόνημα καὶ οἰδοῦσαν ἐκέκτητο τὴν ψυχήν.

ε'. Ἀλλ' οὐδ' ὁ Πατριάρχης ἧττον ἐκείνου πεφρονημάτιστο. Ἤθελεν οὖν ἐπιτάσσειν αὐτῷ, καὶ εἴποτε πρὸς τὸ αἴτημα ἀπετύγχανεν, ὁ δὲ ἐδυσχέραινε, καὶ ἠπείλει καὶ ἐπετίμα, εἶτα καὶ ὡς αὐτὸς αὐτῷ τὴν Βασιλείαν ἀπονεμηκὼς, αὐτὸς καὶ ἀφελέσθαι ταύτην εἰσαῦθις ἠπείλησε. Ταῦτα οὐκ ἦν οἴσειν τὸν Βασιλέα ἐκεῖνον ἐπιεικῶς, διὸ καὶ δρᾶσαι πρὶν τι παθεῖν προμηθεύσατο. Τοῦ γοῦν Πατριάρχου εἰς τὴν οἰκείαν ἀπελθόντος Μονὴν, ἤδη τῆς πανηγύρεως ἐφεστώσης τῶν ἐν αὐτῇ τιμωμένων οὐρανίων Δυνάμεων, ἵν' ἑορτάσῃ λαμπρότερον.

A liberaliſſime eſt remuneratus, relataque feſtinanter omnibus gratia, operam dedit, ut domos ſuas quique redirent, ne in urbe oberrantes vel tumultum excitarent, vel contra populum inſurgerent. Patriarcham magnopere veneratus eſt, & fratris ejus filios magnis honoribus affectos, ſuperbis magiſtratibus præfecit. Præterea in Patriarchæ gratiam, etiam Eccleſiaſticarum rerum procurationem Eccleſiæ attribuit. Nam cum ad id uſque tempus & magnus Oeconomus, & Sceuophylax ab Imperatore deſignari ſolerent: utrumque id munus Patriarchæ poteſtati ſubjecit, amota publica auctoritate. Deinde vitæ ſociam Auguſtam appellavit, fratrem B autem Joannem Curopalatem & magnum Domeſticum nominavit. Porro cum omnes eius poſt Baſilium Porphyrogenitum deceſſores, fiſci & ærarii pecuniam parum recte collocaſſent, partim in ſuas voluptates, & monaſteriorum ædificationes inſumptam, partim ſine delectu ac pro libidine ſua condonatam: tam Imperatorii theſauri exhauſti fuerant, quam ærarium pecunia vacuum: id vitium correcturus, emendationem non pedetentim eſt aggreſſus, ſed ut in ſtatere ſe incidi juſſit, erecta manu ſtrictum enſem ſuſtinentem: ita etiam in negotia ſe C ingeſſit, ſtatim ad ſecandos tumores paratus, non adhibitis medicamentis, quæ exulceratas partes mollirent ac foverent. Itaque ex quo tyrannidem cum legitimo Imperio commutavit, deceſſoris ſui acta ſine diſcrimine abrogavit: ſi quid ille cuiquam largitus fuerat, id eripiebat: ſed & ſuperiorum Imperatorum multa acta evertit, & abrogavit, neque id in vulgi duntaxat fraudem, ſed ne Senatui quidem pepercit. Denique progreſſu temporis contra res ſacras ſe convertit, multa monaſteriis quæ ab iis conſtructa fuerant, collata truncavit, ac potius monachos publicis rationibus ſubjecit, coactoribus ſubjecit, ſumptibus neceſſariis D duntaxat illis relictis, cæteris vero fiſco attributis. Dum igitur in dies hoc modo aliud ex alio novat: omnium in ſe odia ſuſcepit, tam Patrum conſcriptorum quam plebis, atque etiam militum, quibus nec ipſis pepercit, quominus opes eorum imminueret, præ cæteris autem omnibus eorum qui in monaſteriis ætatem exigunt. Verum nihil illum ab inſtituto deduxit, non oratio, non metus, non odium, non reprehenſio: adeo ſuſtulerat animos acque intumuerat.

E V. Neque vero Patriarcha ſuperbia illi cedebat, ſed imperare illi volebat, ac ſi quando non impetraſſet ea quæ petierat, ægre ferebat, increpabat: denique minabatur, quemadmodum Imperium illi contuliſſet, ita ſe idem illi erepturum. Quæ cum talis Imperator ferre æquo animo haud utique poſſet, providit, ut malum daret potius quam ferret. Cum igitur Patriarcha in ſuam monaſterium, inſtante Sanctorum Angelorum, qui

Edit. Pariſ. pag. 269.

Patriarchæ ſuperbia.

LIBER XVIII. ibi colebantur, feſto, ut illud ſplendidius celebraret, iturus eſſet: miſſa illuc cohorte militum (nec enim eum ex Eccleſiæ Verbi divini Sapientiæ avellere voluit, ne vel cleri vel populi motus oriretur) & ipſum & nepotes ejus relegat. Deinde de abrogando illi Patriarchatu cogitans, opera quorumdam primariorum Sacerdotum utitur, & Pſelli variarum & abſurdarum criminationum coacervatoris, quas in oratione contra illum ſcripta congeſſit, & per quoſdam viro ſignificat, ut ſimulet, ſe ultro Pontificatu cedere, quem alioqui invitus cum publica infamia ſit amiſſurus. Ut autem ille refragabatur, Imperatoris de ejus exauctoratione ſolicitudinem mors ſuſtulit. Neque enim multo poſt illius obitus a quodam eſt ei nuntiatus. Qui cum ſe lætum illi afferre nuntium & curas adempturum putaret: ille ſtatim mutata ſententia ejulavit, ejuſque cadaver cum honorifico comitatu ab exilio revocatum in monaſterio ab illo condito repoſuit, nepotibus ejus priſtinæ dignitate reſtitutæ. In Eccleſiæ vero Conſtantinum Lichudem Præſidem & Protoveſtiarium conſtituit, virum longo tempore in adminiſtrationibus rerum communium cum laude verſatum, ſpectatæque fidei, cui Monomachus etiam Manganorum œconomia commiſſa, tabulas de illorum immunitate commiſerat: quas cum ſibi vendicare Comnenus conaretur: commentum improbitatis plenum excogitat, ac plane partum quemdam diabolicæ mentis edit. Nam cum Lichudes per ſuffragia electus, ac Sacerdos jam creatus eſſet, arcano eum monet, dici quædam quæ a Patriarchali officio illum arceant, & ſi in Synodo agitarentur, nec rite confutarentur, non poſſe eum Pontificatus unctionem adipiſci. Verum ſi Manganorum ſibi privilegia traderet, ſe neglecturum criminationes illas, neque impedimento fore quo minus ungatur. Lichudes, qui videret, non licere ſibi ad priſtinam conditionem redire, ſic vero manere turpe eſſe, propere allatis iis quæ petebantur, nemine obſtante, pontificio ritu initiatur.

Edit. Pariſ. pag. 270.

Conſtantinus Lichudes Patriarcha.

V. Poſthæc Comnenus expeditione contra Hungaros & Scythas, qui Patzinacæ dicuntur, ſuſcepta, Hungaris petentibus pacem conceſſit. Scythas vero aggreſſuro, cæteri quidem ceſſere, pacem & ipſi amplexi (neque enim eidem omnes duci parebant) unus vero eorum Seltes, cæteris audacior, cum parte quadam Romanarum copiarum congreſſus, vincitur, & multis ſuorum amiſſis, aufugit. Imperator autem caſtris inde motis, ſub finem menſis Septembris, Lobitzum conceſſit: ubi vehementi imbri & nive intempeſtiva & maxima, plerique equi perierunt, multique milites ex frigore ſunt periclitati; cumque flumina exundantia & ſtagnantia commeatum ſubito intercepiſſent, & homines & jumenta rerum neceſſariarum penuria laborarunt. Cæterum pluvia & nive pauliſper ſedata, Imperator tabernaculo egreſſus ſub ma-

Expeditio Hungarica & Scythica.

Quercus ruina.

natu majori uxorem dedit, Panhyperſebaſti titulum eidem impertitus. Filium inde ſibi natum, & a Patriarcha ſacro baptiſmate in templo Divini Verbi Sapientiæ baptizatum, Joannem appellavit, ſtatimque diademate ornavit. Eidem alii quoque duo nati ſunt filii, Andronicus & Iſaacius, & aliæ tres filiæ, Maria, Theodora & Eudocia. Mariam deſpondit Gabræ illius Theodori Sebaſti & Martyris filio Gregorio. Deinde affinitate pro ſua libidine repudiata, illoque dimiſſo, alium filiæ ſponſum aſcivit, Phorbeni Catacalonis filium Nicephorum, Eudociæ Conſtantini Jaſitæ filium matrimonio junxit, qui uxorem non ut Imperatoris filiam tractavit, ſed quaſi e ſuperiore loco cum illa egit, & Imperatrice ac ſocru ſæpiſſime offenſa, effecit, ut illa filiam ægrotantem ſtatim tonderet, atque ipſum regia ejiceret. Poſtremam filiam collocavit pater adoleſcenti non ſane illuſtri orto familia, ſed forma prædito præſtantiſſima. Sub hoc Imperatore terræ motus horrendus fuit, eo die quo memoria Divi Nicolai ob miracula celebris agitur, multaque domicilia, multa templa, multæ porticus, quibus viæ publicæ teguntur, collapſæ, mortales plurimos oppreſſerunt.

Terræ motus.

XXIII. Iiſdem temporibus gens Patzinacarum ſuis ſedibus relictis, in Romanas Provincias immigravit, totam Thraciam & Macedoniam populata. Quos cum bello peteret Imperator, turpiter victus eſt ob arrogantiam militum. Repetita pugna, cum milites modeſtiores facti, ab auxilio numinis duntaxat penderent, hoſtes nec prima coitione tolerata, humi arma projecerunt, & ſuſpiriis miſericordiam tandem a Romanis impetrarunt. Magna igitur Scythicæ gentis multitudo periit, cæteri in vincula habiti ſunt, ac pro corona venditi. Imperator vero delectu acto, Scytharum robuſtorum juvenum magnum numerum in Moglena Provincia, cum uxoribus & liberis collocavit, eximia legione ex eis confecta, qui hodieque per ſucceſſiones manent, ex loco in quo conſederunt, cognomentum adepti, ut Patzinacæ Moglenitæ dicantur. Delatis inſidiis, auctores eorum præcipuos Umbertopolum Francum genere, & Ariebem Armenium, utrumque illuſtrem, & ducem exercitus una cum conjuratis comprehenſos, publicatione bonorum & ignominioſo triumpho mulctatos, relegavit. Manichæorum quoque legionem, quæ ad id tempus vetere lege omnino vetante militarat, exauctoravit. Rurſus aliæ inſidiæ Imperatori comparatæ ſunt, quarum princeps fuit Diogenis Imperatoris filius Nicephorus Porphyrogenitus, vir invicti ſane roboris, ſed ingenio atque animo non perinde felici & generoſo. Qui cum inchoatum facinus diſ-

Patzinacæ in Moglenen coloni mittuntur

Umbertopulus & Arieb inſidiatores puniuntur.

pag. 300.

Nicephorus inſidiator dat pœnas.

A Ἄλλο δ' αὖθις κατὰ τοῦ Αὐτοκράτορος συνεστήσατό τινες συμβούλιον, οὗ κορυφαῖος μὲν ἦν ὁ Ἀνεμᾶς Μιχαήλ, συνίστορες δὲ πολλοὶ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐν τῇ μοίρᾳ τῇ στρατιωτικῇ. Ἀλλὰ μήπω τοῦ ἔργου ἐπιχειρήσαντες, ἐγνώσθησάν τε καὶ συνελήφθησαν, καὶ τοῖς μὲν συνομόταις ψιλώσεις ἐπήχθη τῶν τριχῶν καὶ τοῦ πώγωνος, οὐ ξυρῷ ἀλλὰ δρώπακι. Τοῦ δ' Ἀνεμᾶ ἄψαυστος μὲν ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ πώγων τετήρητο, πήρωσις δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ κατεψήφιστο. Ἔτι δὲ θριαμβευομένων αὐτῶν, ἐπικαταλαμβάνει βασίλειον θέσπισμα, τῆς ποινῆς τὸν Ἀνεμᾶν ἐξαιρούμενον, καὶ οἱ συγχωροῦν τῶν ὀμμάτων τὴν ἐκκοπήν. Ἀφαιρεθέντες δὲ τὰς οὐσίας ὑπερορίαν ἄλλος ἀλλαχόθι κατεδικάσθησαν. Ἡ μήτηρ δὲ τοῦ Αὐτοκράτορος τότε τῶν τῆς Βασιλείας πραγμάτων ἀναδεξαμένη, ὡς εἴρηται, B τὴν διοίκησιν, μέχρι πολλοῦ ταύτην μεταχειρίζεται, ὅθεν καὶ τὰ πρὸς κάκωσιν τῶν ὑπηκόων τότε γινόμενα ἐκείνῃ οἱ πλείους ἐπεγράφοντο. Ἤχθετο μὲν οὖν ὁ Βασιλεὺς ὡς ἐν μόνῳ σχεδὸν τῆς Βασιλείας ἀπολαύων ὀνόματι, ᾐδεῖτο δὲ τὴν μητέρα, καὶ ἄκουσαν ἐκείνην, ἀφελέσθαι τὴν ἐξουσίαν οὐκ ἤθελεν. Ἐπεὶ δ' ἐκείνη συνῆκεν ἀχθόμενον τὸν υἱόν, πτοηθεῖσα μὴ βιασθείη, καὶ ἀθέλητον δόξῃ ποιήσασθαι τὴν μετάστασιν, παρακεχωρήκει πάντων τῷ υἱῷ τε καὶ τῷ Αὐτοκράτορι, καὶ τῶν Βασιλείων ὑπανεχώρησε, καὶ τὴν τοῦ Παντεπόπτου μονήν, ἣν ἐκείνη ἐδείματο, κατοικίαν ποιησαμένη, παρ' ᾗ καί τινας ἐνιαυτοὺς παραμείνασα ἐντίμως τε καὶ βασιλικῶς, ἐς γῆράς τε βαθὺ καταντήσασα, μετήλλαξε τὴν ζωήν. Ἕνα δ' ἐνιαυτὸν καὶ μικρόν τι πρός, C ὁ Σεβαστοκράτωρ ἐπιβιοὺς τῇ μητρί, κἀκεῖνος ἀπέτισε τὸ χρεών, κειράμενος καὶ τρίχα, καὶ μεταμφιασάμενος τὰ τῶν Μοναχῶν, ὡς ἔγνω ἐπιλείπειν αὐτῷ τὸ βιώσιμον. Ἀπεβίω δ' ἐπὶ παισὶ πολλοῖς, οὓς ἐπεὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν, οὐδ' ὅλον ἐνιαυτὸν ἐπιζήσασα τῷ ἀνδρί, μετέστη τῶν νεκρῶν, ὁ Βασιλεὺς προσελάβετο, καὶ τοὺς μὲν ἄρρενας συνῴκισε γυναιξί, τὰς δέ γε θηλείας ἀνδράσιν ἐξέδοτο, καὶ ἔστεργε καὶ εὐηργέτει τὰς ἀδελφόπαιδας. Πρὸς δὲ τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου ὁ Βασιλεὺς οὔτε ἀποστρόφως εἶχε τὸ πρότερον, οὔτε λίαν ἐκείνῃ προσέκειτο, ἀφροδισίων δ' ἡττώμενος οὐ πάνυ τι ἐς αὐτὴν ἐτύγχανε δίκαιος, ὅθεν καὶ βέλεσιν ἡ Αὐγοῦστα ζηλοτυπίας ἐβέβλητο. Ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος προϊὼν τῷ Αὐτοκράτορι τὰ πυρφόρα βέλη τοῦ ἔρωτος ἠμβλύνει, τότε πρὸς τὴν Αὐγοῦ- D σταν στρέψας τὸν ἔρωτα, ὅλος ἦν τῆς πρὸς ἐκείνην στοργῆς, καὶ ἤθελεν εἶναι σχεδὸν αὐτῆς ἀδιάσπαστος. Τοιαύτη μὲν οὖν τῇ Βασιλίσσῃ ἐσύστερον ἡ διάθεσις, καὶ μεγάλα τότε ἠδύνατο, καὶ εἶχεν οὕτω μέχρις ἂν ἔρρωτο τὸ σῶμα τῷ Βασιλεῖ. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος τοὺς πόδας ἤλγει, καὶ τὰς βάσεις ἐβέβλαπτο, καὶ περὶ τὰ ἄρθρα τῶν τῆς μοχθηρᾶς ὕλης συνερρυηκότων ῥευμάτων, καὶ ἦν ἐντεῦθεν κλινοπετής· κατῆρχεν ἡ Βασιλίς, καὶ τῷ ταύτης ἦν, ὡς ἐπίπαν τιθέμενος ὁ Αὐτοκράτωρ θελήματι, καὶ πᾶσα ἡ ἐξουσία καὶ ἡ τῆς Βασιλείας διοίκησις, ἀνατεθῆναι αὐτῇ μετὰ παρέλευσιν τοῦ ἀνδρὸς μεμελέτητο, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ Βασιλέα ὑποκεῖσθαι αὐτῇ. Τῷ δὲ E τὸ σκέμμα οὐκ ἀνεκτὸν ἐς ἄνδρας ἤδη τελοῦντι, καὶ γυναικὶ πρὸ πολλοῦ συναφθέντι, τοῦ ἔθνους τῶν Οὔγγρων Ἀρχηγοῦ θυγατρί, καὶ παίδων γεγονότι πατρί. Ἐδεδοίκει γὰρ περὶ τῇ ἀρχῇ, εἰ καὶ περὶ αὐτῇ τῇ ζωῇ, ὁρῶν τὴν μητέρα πολλὴν περὶ τὴν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων ἐνδεικνυμένην σχέσιν, καὶ περὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ ἄνδρα τὸν Βρυέννιον. Ὅθεν μετῄει τὸ συγγενές, ἀλλὰ μήν τοι καὶ ξύμπαντας, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν πρὸς ἕκαστον λα-

A tam docentibus quam diſcentibus ordinato: quæ hac uſque obſervantur. Alia rurſus inita eſt contra Imperatorem conſpiratio, cujus dux fuit Michael Anemas, conſcii vero multi ex primis militiæ dignitatibus. Sed antequam facinus aggrederentur, cognitis & comprehenſis, capilli & barbæ ademptæ ſunt non novacula ſed dropace. Anemas vero ad oculorum effoſſionem condemnatus: dum triumphus de iis agitur, interpoſito Imperatorio edicto pœna excæcationis liberatur. Itaque publicatione bonorum mulctati, alius alio relegantur. Matri Imperato- B ris, adminiſtratione rerum, ut dictum eſt, diu functæ, mala quibus ſubditi vexabantur, plerique adſcribebant. Quam rem filius, ut qui nomine tenus fere duntaxat regnaret, etſi moleſte ferebat; tamen illam invitam pro reverentia ſua, poteſtate privare noluit. Quo mulier animadverſo, verita ne vel invita excedere cogeretur, relicta Regia, omni auctoritate illi cedit, & in Pantepopti monaſterium a ſe ædificatum migrat, ubi eam aliquot annos honorifice & regaliter vixiſſet, provecta ætate obiit. Sed & Sebaſtocrator paulo amplius uno poſt matrem anno debi- C tum naturæ perſolvit, raſo capillo & habitu monaſtico ſumpto, cum vitæ finem inſtare ſibi videret, multis liberis relictis: quibus, cum mater etiam non integrum annum marito ſuperſtes, terrena reliquiſſet, Imperator ſuſceptis, adoleſcentibus uxores, puellis maritos dedit, fratris liberos & benevolentia & beneficentia proſecutus. Veram conjugem ſuam principio nec averſabatur, nec immodice amabat, ſed libidini deditus jura matrimonii parum ſancte obſervare ferebatur: unde Auguſta telis æmulationis ſauciabatur. Ut autem ætas grandior ignitas illas cupidinis ſagittas nonnihil hebe- D tarat, tum in Auguſtam converſo amore, totus in ejus charitate acquieſcebat, nec facile ab illa divelli poterat. Ex eo deinceps affectu magna Imperatricis potentia fuit, etiam valente Imperatore. Quum autem is ex pedibus laborare cœpiſſet, nec ambulare poſſet, & corruptis humoribus ad articulos confluentibus, in lecto decumberet: ipſa imperabat, illo comprobante omnia, & jam id animo agitabat, ut poſt mariti deceſſum tota poteſtate & Imperii gubernatione in ſe tranſlata, filium Imperatorem dicto audien- E tem haberet, cui jam adulto ac pridem marito, ducta Hungarorum Principis filia, procreatiſque liberis, id ferendum non erat. Nam ne Imperio excideret, aut vita etiam privaretur timebat, cum quanto amore mater filiam natu maximam & generum Bryennium proſequeretur, cerneret. Itaque cognatos conveniebat, atque adeo populum, ſtatumque rerum ſuarum apud ſingulos clam deplorando,

LIBER XVIII.

Michaelis Anemæ ſeditio.

Mater Imperatoris aula excedit.

Edit. Pariſ. pag. 302.

Alexii in fratres liberos pietas.

Alexii affectus erga uxorem.

Imperatricis & filii diſſenſio.

 juriſjurandi viros commonefaciebat : quo plerique obſtricti promiſerant, ſe non niſi ipſi delaturos eſſe Imperium. Ii vero eum confirmabant, auxilia pollicentes, & quæ pollicebantur jurejurando ſancientes. Quæ cum Imperatricem non laterent, irata edixit, ne quiſquam eum conveniret, paſſim ſpeculatoribus & obſervatoribus collocatis. Nihilo tamen ille ſecius ſe omnes ad ſe allicere non deſiſtebat, alios per ſemetipſum, alios per ſui ſtudioſos. Habebat autem
Edit. Pariſ. pag. 303. ſtudia junioris quoque fratris, altero Andronico, fratri eidemque Imperatori adverſante. Nam hi quoque jam adulti uxores duxerant, Andronicus Sebaſtocrator, Iſaacius & Bryennius Cæſares appellati, alterius vero filiæ maritus Phorbenus Panhyperſebaſtus. Atque hæc ita ſe habebant, etſi temporum ordine immutato, poſteriora prius expoſuimus.

Boemundus in Orientem profectus ab Imperatore deficit, ac tandem pacem facit. XXV. Unus porro ex Latinis ab Occidente in Orientem profectus, Roberti, cujus ſupra meminit hiſtoria, filius, nomine Boemundus, ſervitium ſuum Imperatori obtulit, & pactis jurejurando firmatis, acceptaque pecunia fere innumerabili, capta Syriaca Antiochia, non modo pacta & conventa violavit, ſed & de bello Romanis inferendo cogitavit. Enimvero reditu in Occidentem deſtinato, metuens, ne in tranſitu Romanarum provinciarum a Prætore aliquo prehenſus, ad Imperatorem in vinculis, ut homo fœdifragus perduceretur: quid facit? Rumorem de ſuo obitu ſpargendum curat, & ciſtæ impoſitus, famulis mandat, ut cadaver ſuum domum ferri dicant. Hoc aſtu in patriam reverſus, & multum de Imperatore conqueſtus, multos popularium ad ſumenda contra Romanos arma concitavit, eorumque Dux creatus ſuperato mari, Epidamnum magno ſtudio capere contendit. Quum autem obſidio traheretur, civibus magnis detrimentis illatis, nec paucioribus acceptis, expugnatione deſperata, ad alia loca æque irrito conatu progreſſus, denique pacem per Legatos ab Imperatore petit, Theſſalonicæ tum agente: qui inde digreſſus, juxta Coloneam Europæam vallum munivit, ibique cum Barbaro de pacis conditionibus tranſegit. Ac Boemundicum bellum hoc fere modo compoſitum eſt.
Nicolai Patriarchæ obitus & ſucceſſus. Patriarcha vero Nicolaus Eccleſia per annos viginti ſeptem gubernata, ſenex admodum deceſſit: cujus funus Imperator magnificis honoribus proſecutus, alium in Patriarchico ſolio collocavit, e cleri Eccleſiæ numero illum quidem, ſed ordinis Diaconorum, & unus ex Patriarchicis Principibus, ex fratre nepotem ejus qui tum Chalcedonenſi præerat Eccleſiæ, in litteris tum prophanis tum ſacris ab ineunte verſatum ætate, quem ipſe Imperator in Eccleſia declara-
pag. 304. vit. Aliquanto poſt tanto morbo

θραιέως ἀποκλειόμενος, ἀνεμίμνησκε τῶν ὅρκων τοὺς ἄνδρας, οὓς οἱ πλείονες αὐτοῦ ἦσαν ὀμωμοκότες, ὡς οὐχ ἕτερον ἂν παρὰ τοῦτον μετὰ τὸν πατέρα δέξαιντο Αὐτοκράτορα. Οἱ δ' αὐτὸν ἐπεθάῤῥυνον, καὶ ἐπαρῆξαί οἱ καιροῦ καλοῦντος, προθυμότατα ἐπηγγέλλοντο, ὅρκοις ἐμπεδοῦντες τὰς ὑποσχέσεις. Ταῦτα δὲ τὴν Βασιλίδα οὐκ ἐλελήθεισαν, δι' ἃ καὶ προσηχθίσθη τῷ υἱῷ. Ἐντεῦθεν παντί πῃ καθάπαξ προσιέναι οἱ ἀπείρητο, καὶ πάντοθεν σκοποί τε καὶ κατοπτῆρες ἦσαν αὐτοῦ. Ὁ δὲ καὶ οὕτως οὐκ ἐπαύετο πρὸς ἑαυτὸν σχεδὸν τοὺς σύμπαντας ἐφελκόμενος, τοὺς μὲν δι' ἑαυτοῦ, τοὺς δὲ διὰ τῶν προσκειμένων αὐτῷ. Προσέκειτο δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἀδελφῶν ὁ νεώτερος· θάτερος δέ γε, δηλαδὴ ὁ Ἀνδρόνικος, τῷ συγγόνῳ καὶ Βασιλεῖ ἠναντίωτο. Ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι ἀνδρωθέντες, γυναιξὶ συνεζεύχθησαν. Καὶ ὁ μὲν Ἀνδρόνικος Σεβαστοκράτωρ τετίμητο, ὁ δ' Ἰσαάκιος καὶ ὁ Βρυέννιος Καίσαρες, ὁ δ' ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ τῶν θυγατέρων τοῦ Βασιλέως γαμβρὸς ὁ Φορβηνὸς Πανυπερσέβαστος. Εἶχον μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, εἰ καὶ προδραμὼν ὁ λόγος, τὰ ὕστερον διηγήσατο.

κε΄. Εἷς δὲ τῶν εἰς τὴν Ἑῴαν διαβάντων Λατίνων καὶ ὁ τοῦ Ῥομπέρτου ἐκείνου, ὑπὲρ οὗ ἤδη ἡ ἱστορία ἐμνήσθη, ὑπῆρχεν υἱός, Βαϊμούνδος ὀνομαζόμενος, ὃς ἐκ τῆς Ἑσπερίας μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀνιὼν, δουλεύσειν τε τῷ Βασιλεῖ ἐπηγγείλατο, καὶ συνθήκας θέμενος πρὸς αὐτὸν, ὅρκοις αὐτὰς ἐμπεπεδώκει, καὶ χρήματα λαβὼν σχεδὸν ὑπὲρ ἀριθμὸν, τῇ κατὰ Κοίλην Συρίαν Ἀντιοχείᾳ ἐπιδεδήμηκε, καὶ ταύτην πολιορκίᾳ ἑλὼν, οὐ μόνον τῶν ὡμολογημένων παραβάτης ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ πόλεμον κατὰ Ῥωμαίων ἄρασθαι μεμελέτηκεν. Ἐπανιέναι δὲ φροντίζων ἐκ τῆς Ἑῴας εἰς τὰ Ἑσπέρια, ἐδεδίει μὴ ἐν τῇ ἐπανόδῳ χώρας Ῥωμαϊκὰς διϊὼν, κατασχεθείη παρά τινι τῶν χωρῶν ἐκείνων τὰς ἀρχὰς ἐμπεπιστευμένων, καὶ ἀπαχθείη δεσμώτης, ὡς παραβάτης ὧν ἔθετο συνθηκῶν. Τί γοῦν μηχανᾶται; ἑαυτοῦ καταψεύδεται θάνατον, καὶ λάρνακι ἐμβεβηκὼς, ἐντειλάμενος τοῖς θεράπουσι, λέγειν ὡς ἐτεθνήκει, καὶ ὁ νεκρὸς ἐκείνου κομίζεται οἴκαδε. Οὕτω λαθὼν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διεσώσατο· ἔνθα πολλὰ κατειπὼν τοῦ Βασιλέως, πολλοὺς τῶν ὁμοεθνῶν ἆραι κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα ἠρέθισεν, ὧν στρατάρχων ἐκεῖνος διεπεραιώθη πρὸς τὴν Ἐπίδαμνον, καὶ πολλὴν ἔθετο σπουδὴν ἐκπορθῆσαι τὸ ἄστυ αὐτῆς. Χρόνον δὲ διατρίψας ἐν τῇ πολιορκίᾳ μακρὸν, καὶ κακώσας μὲν τοὺς ἐν τῇ πόλει, οὐ μεῖον δὲ καὶ αὐτὸς κακωθεὶς, ἀπέγνω μὲν τὴν τοῦ Δυῤῥαχίου ἅλωσιν, προὔβη δ' εἰς ἕτερα· ἀλλὰ κἀκείνων διήμαρτεν, ὅθεν διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, συμβάσεις ζητῶν. Ὁ δὲ τῇ Θεσσαλονίκῃ ἦν ἐνδημῶν, καὶ ἀπάρας ἐκεῖθεν κατὰ τὴν Εὐρωπαίαν Κολώνειαν τὸν χάρακα ἔθετο, ἔνθα καὶ προσωμίλησε τῷ βαρβάρῳ, καὶ τὰς συνθήκας τῶν σπονδῶν ἐποιήσατο. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Βαϊμούνδου μάχη οὕτω πως διελέλυτο. Ὁ δὲ Πατριάρχης Νικόλαος ἐπὶ εἴκοσι πρὸς ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς τὴν Ἐκκλησίαν ἰθύνας, καὶ ἐς γῆρας ἐλάσας βαθὺ, νοσήσας ἀπεβίω· οὗ τὴν ἐκφορὰν μεγαλοπρεπῶς ὁ Αὐτοκράτωρ ἐτίμησεν, εἶτα ἕτερον εἰς τὸν θρόνον τὸν Πατριαρχικὸν ἐγκαθίδρυσεν, ἕνα μὲν τοῦ κλήρου τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ τῶν Διακόνων δέ γε βαθμοῦ, καὶ τοῖς Πατριαρχικοῖς συντεταγμένον Ἄρχουσιν, ἀδελφιδοῦν δὲ τοῦ τῆς ἐν Χαλκηδόνι τότε προεδρεύοντος Ἐκκλησίας, λόγοις ἐντεθραμμένον τοῖς τε θύραθεν καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς, αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπιδεδημηκὼς, καὶ αὐτὸν ἐν ταύτῃ προχειρισάμενος. Μετὰ

δέ τινα χρόνον νοσεῖ ὁ κρατῶν, καὶ οὕτως ἡ νόσος ἐκείνου κατίσχυσεν, ὡς ἐκλελοιπέναι δοκεῖν. Ἐν τούτῳ δὲ τοῦ σεπτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκτυπώματος, ὃ ἐν τῇ Χαλκῇ ἀνεστήλωται, τὸ θεῖον πέπλον, ὃ πρὸ τῆς εἰκόνος ᾐώρηται, κομισθὲν, ἐφηπλώθη τῇ κλίνῃ ἐφ' ἧς ὁ κάμνων κατέκειτο, καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα περιεκάλυψε, καὶ ἡ τῆς νόσου σφοδρότης ὑπεδίδου εὐθύς. Ὁ δὲ ἐκεκίνητο, καὶ ἀνεκάθισε, καὶ ἐφώνησε, καὶ ᾔτησεν ὕδωρ κατὰ χειρὸς, καὶ τροφῆς ἀπεγεύσατο, καὶ ὁ μὲν ἀνεῤῥώννυτο, ἡ δὲ νόσος ὑπέληγε. Τοῖς δὲ πολλοῖς ἄπιστος ἦν ἡ ἀνάῤῥωσις. Ἵνα γοῦν πληροφορηθῶσι περὶ ταύτης οἱ ἀμφιβάλλοντες, ἔφιππος μετ' ὀλίγον διῆλθε τὴν ἀγοράν. Ἀλλ' οὕτω μὲν τῆς νόσου ὁ Αὐτοκράτωρ ἀπήλλακτο. Αὖθις δὲ τὸν ἀστυπολοῦντα λαὸν δέος ὑπεισῄει ἀναίτιον· φήμη γὰρ περιῄει ἀπανταχοῦ, τεθνάναι μέλλειν κατὰ τὸ μέγα Σάββατον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ οὐ τοῦ δημώδους μόνου πλήθους ἡ φήμη κατεκράτησεν αὕτη, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ τῶν περὶ τὸν κρατοῦντα, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Βασιλέως διέσεισε τὴν ψυχὴν, καὶ ταῦτα μηδὲ νοσοῦντος, μηδέ τι τὸ ἐνοχλοῦν ἔχοντος. Ἐπιστάσης δὲ τῆς λεγομένης ἡμέρας, ἠλέγχθη τὸ φημιζόμενον μάταιον, καὶ τῶν πονηρῶν προσδοκιῶν ἀπηλλάγησαν ξύμπαντες.

κϛʹ. Οὐ πολὺς ἐπὶ τούτοις παρῆλθε καιρὸς, καὶ τῆς Βυζαντίδος ὁ Αὐτοκράτωρ ἀποδημεῖ, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν συνεπαγόμενος, καὶ ταῦτα καθ' ὥραν χειμέριον, καὶ σκηνοῖ κατὰ τὴν Θρᾳκῴαν Χεῤῥόνησον. Τοῦ δὲ χειμῶνος παρελθόντος, καὶ τοῦ ἔαρος ἀναλάμψαντος, ἤδη καὶ τὸ θέρος ἐφίστατο, κἀκεῖθεν ὁ Κρατῶν οὐ μεθίστατο, ἕως νόσος τῇ Βασιλίσσῃ ἐνέσκηψε· τότε δὲ προεπέμφθη ἡ Αὐγοῦστα τριήρει βασιλικῇ. Ὁ Βασιλεὺς δ' ἔτι ἐμμένων ἐκεῖ, καὶ τοὺς στρατιωτικοὺς καταλόγους ἐπισκεπτόμενος, μέχρις ἂν ἐμεμαθήκει ὡς ἡ Βασιλὶς κατηντήκει πρὸς τὰ Βασίλεια. Εἶτ' ἐκεῖθεν ἀπάρας, διὰ μιᾶς ἡμέρας κατειλήφει τὴν Μεγαλόπολιν, καὶ ἡ μὲν ἀνεῤῥώννυτο, ὁ δὲ τῶν διοικήσεων εἴχετο, ὡς τὰ πολλὰ κατὰ τὸ Φιλοπάτιον ποιούμενος τὰς διατριβάς. Καὶ οἱ τοιοῦτόν τι ἐπιτετήδευτο· τεταγμένας ἡμέρας ὡρίσατο, καθ' ἃς ἐκεῖσε δημοσίᾳ προὐκάθητο, ἀφορῶν πρὸς πεδιάδα πλατεῖαν. Τῷ βουλομένῳ δὲ ἡ εἰς ἐκεῖνον πάροδος συγκεχώρητο, καὶ ἕκαστος τῶν δεομένων ἐπανετείνετο δελτάριον διδασκικὸν ὅτου δέοιτο. Καὶ ταῦτα ἐνώπιον αὐτοῦ τιθέμενα, ἐπέταττε τοῖς ὑπογραμματεύουσιν ἀνιέναι, καὶ γνωρίζειν αὐτῷ τὰς ἑκάστων αἰτήσεις, καὶ αὐτίκα τὴν ἐφ' ἑκάστων ἀντιγραφὴν προσέταττε γίνεσθαι, καὶ βεβαιουμένην τοῖς δεομένοις παρέχεσθαι. Καὶ τοῦτ' ἐπὶ χρόνον ἱκανὸν ἐκρατεῖτο τῷ Αὐτοκράτορι. Εἶτ' αὖθις ἀποδημεῖ τῆς Βυζαντίδος, φθίνοντος ἤδη τοῦ μετοπώρου. Συνῆν δὲ ἐκείνῳ καὶ ἡ Βασίλισσα, καὶ ἡ γυναικωνῖτις συνείπετο, καὶ περὶ τοὺς πρόποδας τοῦ ὄρους τοῦ Παπυκίου κατεσκήνωσαν. Ἔνθα τὸ τῆς ὥρας χειμέριον διαγαγὼν πανγενῆ. Ἄρτι ἠργμένου τοῦ ἔαρος ἐκεῖθεν ἀπάρας, τὴν Φιλιππούπολιν κατέλαβε. Περὶ ταύτης ὅσα τὰ ὅπλα ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος σκηνωσάμενος, ἐκεῖ τόν τε ἐαρινὸν τὸν καιρὸν καὶ τὸν θέρειον, ἤδη δὲ καὶ πολὺ τοῦ μετοπώρου διέτριβε, καὶ ἦν ἔργον αὐτῷ τῆς ἐκεῖσε διατριβῆς ἡ μετὰ τῶν Μανιχαίων διάλεξις, οὓς Παυλικιάνους ἡ δημώδης ὀνομάζει φωνή (πολὺ γὰρ τοῦτο τὸ γένος ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ κατῴκισται, τοῦ Βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ μεταγαγόντος ἐκ τῆς Ἑῴας αὐτὸ κἀν ταύτῃ ἐγκατοικίσαντος) οἷς διαλεγόμενος, πολλοὺς πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μετενήνοχεν. Ἤδη δὲ μεσοῦντος τοῦ μετοπώρου, ἐπανῆλθεν εἰς τὰ Βασίλεια. Τῆς δὲ Βασιλίσσης μέγα δεδυνημένης, καὶ τῷ κηδεστῇ τῷ Βρυεννίῳ τῷ Καίσαρι πολλή τις ἦν ἰσχὺς, καὶ δι' ἐκείνου πᾶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις οἰκονομούμενον ἐπεφήμιστο. Διὸ καὶ πάντες

oppreſſus, ut expiraſſe videretur, Sacroſancto velo, quod ante imaginem Servatoris noſtri in Chalce erectam pendet, in lecto ægrotantis expanſo, & ejus corpori applicato, nonnihil mitigata morbi vehementia, ſe commovit, aſſedit, locutus eſt, malluvium petiit, cibumque cepit, & morbo paulatim decedente convaluit. Quod cum vulgo incredibile videretur, ut de ſua valetudine conſtaret, paulo poſt equo per forum tranſiit. Eo morbo propulſato, nihilominus urbanæ multitudini motus inanis inceſſit ex rumore paſſim vulgato, Imperatorem eo anno in magno Sabbatho eſſe moriturum. Is rumor non in plebe tantum, ſed & in Curia & Regia verſabatur, atque ipſius etiam Imperatoris animum commoverat, etſi nec ægrotantem, nec ulla moleſtia conflictantem, donec eo die elapſo vanitate ſermonis illius refutata, malorum metus omnibus eſt ademptus.

LIBER XVIII. Alexius ſacro velo recreatur.

Rumor inanis ſparſus de Imperatoris periculo.

XXVI. Parvo deinde tempore elapſo, Imperator cum gynæceo, quamvis hyberno tempore, Byzantio in Cherſoneſum tranſiit: nec inde diſceſſit, interim militares catalogos perluſtrans, donec ſub æſtatis initium, Imperatrice ægrota, imperatoria triremi præmiſſa, cognovit, eam in Regiam perveniſſe. Tum & ipſe uno die in magnam Urbem pervenit, eaque convaleſcente, rerum adminiſtrationi intentus fuit, plerumque in Philopatio degens, eaque ratione inita, ut certis diebus in amplam planitiem proſpectans, ibi publice pro tribunali ſederet, liceretque omnibus ei porrigere libellos ſupplices: quos ante ſe depoſitos a Secretariis legi, & cujuſque petitionem indicari, ſtatimque reſponſa ſcribi, eaque confirmata ſupplicantibus reſtitui juſſit. Ea ratione ſatis longo tempore obſervata, rurſus cum Imperatrice & gynæceo egreſſus, circa radices montis Papycii per totam hyemem, cum omni familia habitavit. Sub veris initium juxta Philippopolim, vernum æſtivumque tempus, & magnam autumni partem exegit, ea re ibi occupatus, ut cum Manichæis qui Pauliciani vulgo dicuntur, diſputaret. (Nam magna ejus gentis multitudo ibi verſabatur, a Joanne Zimiſce ex Oriente in ea loca tranſlata) eorumque multos ad orthodoxam fidem traduxit. Autumno jam medio fere exacto, in Regiam eſt reverſus. Quia vero Imperatrix multum poterat, etiam generi ejus Bryennii magna erat potentia, ac jam vulgo celebre, illius nutu in Regia geri omnia. Quare omnes ad eum ſe conferebant, juris dicundi, & pro Imperii auctoritate ſententias ferendi poteſtate præ-

Alexii migrationes.

Alexii humanitas.

Edit. Pariſ. pag. 305.

Alexii diſputationes cum Manichæis ſive Paulicianis.

Bryennii potentia, & ejus uxoriſque eruditio.

LIBER XVIII

ditum. Erat autem & ipſe ſtudiis doctrinarum deditus, & uxor ejus in iiſdem operam nihilo minorem, ac potius majorem ponebat, exquiſite Atticiſſans, ingenioque prædita acutiſſimo ad abſtruſiſſimas quaſque contemplationes: eam facultatem partim naturæ bonitate, partim induſtria conſecuta. Aſſidua etiam erat libris, & eruditorum conſuetudine haud obiter utebatur. Hoc rerum ſuarum ſtatu Cæſar omnibus linguis celebratur. Quæ quum Imperatoris filium eumdemque Imperatorem angerent & cruciarent, tamen tolerabat. Sed hæc in progreſſu orationis exponentur. Nunc vero ea referantur, quæ omiſſa ſunt. Temporibus Imperatoris hujus multa extitere incendia, diverſis urbis locis igne deſolatis. Sed & aliquando verno tempore vehementis venti procella cum alia multa corruerant, tum ſtatua in rotunda illa maxima columna porphyretica, in Foro, quod Placotum vocant, dejecta, multos qui forte ibi erant, contrivit. Ea ſtatua & mole ingens, & pulchritudine mirabilis, caſu illo in multa fragmenta eſt comminuta. Alio tempore imber maximus eo die quo principum Chriſti Apoſtolorum Petri & Pauli memoria celebratur, erupit, veſperique auſpicatus ad idem uſque tempus poſtridie ſine intermiſſione duravit. Tum impetu aquarum multa ædificia ſunt dejecta, & valles aquis redundantes a mari nihil diſcrepabant, & homines non pauci, ac multæ animantes perierunt. Atque hæc ita ſe habuerunt.

Ventus, & ſtatuæ Theodoſii ruina.

Imber.

XXVII. Cum autem aliquando Imperatori nuntiaretur, Turcicum exercitum colligi, Romanas provincias populaturum, atque ipſe pedibus æger, fluxionibus uberius decurrentibus cum doloribus ac cruciatibus acerrimis, Barbaris occurrere non poſſet: Euſtathio Camitze duce, phalangem contra eos mittit, viro inter Duces primario, qui quum non minima hoſtium parte congreſſus, victus eſt & captus, militibus partim cæſis, partim fuga elapſis. Quo Imperator nuntiato teneri non potuit, quin ipſe egrederetur, ac Turcos quidem nuſquam adeptus eſt, quod audito ejus adventu, laxatis habenis continenter fugerant. Sed Camitzem, qui ſuis cuſtodibus, magnorum præmiorum ſpe propoſita, perſuaſerat, ut ſecum ad Imperatorem transfugerent, libenter vidit, & liberatoribus ejus pecunia donatis Byzantium rediit. Neque multum temporis interceſſit, cum alia expeditione contra Barbaros ſuſcepta, Philomelium urbem armatis vacuam repertam (omnes enim ejus acceſſu cognito, chariſſimis quibuſque ablatis diſceſſerant) ſine labore cepit. Sed & caſtella quædam & ſpeluncæ, quæ ab incolis Cataphygia, hoc eſt, confugia nominantur, per deditionem accepit, & illos quod ita expedire videretur, in colonias

Edit. Pariſ. pag. 306.

Expeditio Turcica.

Camytzes.

Alexii humanitas in captivos.

A ἐκείνῳ προσοῦσαι, καὶ δικάζειν αὐτῆς ἐπέτρεπτο καὶ βασιλικῶς ἐθεμίστευε. Ἦν γὰρ καὶ λόγοις προσκείμενος ὁ ἀνήρ, καὶ ἡ συνευνέτις δὲ οἱ οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς Ἀττικίζουσαν, καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. Ταῦτα δ' αὐτῇ προσεγένετο φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ. Προσεπεπτώκει γὰρ ταῖς βίβλοις, καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὡμίλει αὐτοῖς. Οὕτω δ' ὡς εἴρηται τῷ Καίσαρι τῶν πραγμάτων συνενεχθέντων, διὰ πάσης ἦν γλώττης ᾀδόμενος ὁ ἀνήρ. Ταῦτα δὲ τοῦ Βασιλέως υἱῷ τε καὶ Βασιλεῖ πολλὴν τὴν ἀθυμίαν ἐνέσταζον, καὶ εἰς ἀγωνίαν ἐνέβαλον· ὁ δὲ καὶ οὕτως ἔχων ἐκαρτέρει. Ἀλλὰ τὰ μὲν B περὶ τούτων προϊὼν ὁ λόγος ἐκθήσεται, ἄρτι δὲ διηγησάσθω ἃ παραλέλοιπε. Πολλοὶ κατὰ τοὺς τῆς αὐταρχίας χρόνους τοῦ Βασιλέως τούτου γεγόνασιν ἐμπρησμοὶ ἐν διαφόροις τῆς πόλεως μέρεσι, καὶ πολλὰ ταύτης κατενεμήθη τὸ πῦρ καὶ ἠρείπωσεν. Ἔπνευσε δέ ποτε τούτου κρατοῦντος καὶ ἄνεμος σφοδρός τε καὶ βιαιότατος ὥρας οὔσης ἐαρινῆς, ὑφ' οὗ πολλά τε ἄλλα συνέβη συμπτώματα, καὶ ἡ ἐν τῷ κυκλοτερεῖ καὶ μεγίστῳ πορφυρῷ κίονι τῷ κατὰ τὸ λεγόμενον Πλακωτὸν ἑστῶτι ἱδρυμένη στήλη κατηνέχθη, καὶ πολλοὺς ἀπώλεσε τῶν παρατυχόντων ἐκεῖ. Ἦν δὲ τὸ ἄγαλμα μεγέθει μὲν πάμμεγα, κάλλει δέ γε θαυμάσιον, ὃ καὶ πεσὸν συνετέθραυστό τε καὶ εἰς πολλὰ διετέτμητο. Καὶ ὑετὸς δ' ἐν ἄλλῳ χρόνῳ κατερράγη σφοδρότατος, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς μνή- C μης τῶν Κορυφαίων τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν Πέτρου καὶ Παύλου, ὃς περὶ δείλην ὀψίαν ἠργμένος, διήρκεσεν ἄχρι τῆς αὐτῆς ὥρας τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ἀνένδοτος γεγονώς. Ὅτε πολλαί τε τῇ φορᾷ τῶν ὑδάτων οἰκίαι κατέπεσον, καὶ αἱ κοιλάδες ὑδάτων πλησθεῖσαι οὐδὲν διέφερον θαλασσῶν, καὶ ἀνθρώπων οὐκ ὀλίγων καὶ ζώων πολλῶν συμβεβήκει ἀπώλεια. Ταῦτα μὲν οὕτω συνέβη.

κζʹ. Ἀπηγγέλη δέ ποτε τῷ Βασιλεῖ Τούρκους ἀθροίζεσθαι στρατιάν, βουλομένην ἐπελθεῖν τὰς ὑπὸ Ῥωμαίους χώρας, καὶ ταύτας λῄσασθαι. Ἐτύγχανε δὲ τότε τοὺς πόδας ἀλγῶν, τοῦ ῥεύματος σφοδρότερον ἐπιρρεύσαντος, καὶ περιωδυνίαις αὐτὸν καὶ ἀλγηδόσιν ὀξυτάταις πιέζοντος. ἐπεὶ γοῦν οὐκ εἶχε δι' ἑαυτοῦ κατὰ τῶν Βαρβάρων στρατεύσασθαι, φάλαγγα κατ' αὐτῶν ἐκπέμ- D πει στρατιωτῶν, φαλαγγάρχην ἐπιστήσας αὐτοῖς τὸν Καμμύτζην Εὐστάθιον, ἄνδρα τοῖς πρώτοις τεταγμένον τῶν στρατηγῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἐλαχίστῃ τῶν πολεμίων μοίρᾳ περιτυχών, προσβάλλει τούτοις. ἡττήθη δὲ προσβαλών, καὶ αὐτὸς μὲν ἑάλω, οἱ δ' ὑπ' αὐτὸν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ φυγόντες ἐσώθησαν. Ὡς δὲ ταῦτα τῷ Βασιλεῖ κατηγγέλθησαν, οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔξεισι, καὶ Τούρκοις μὲν ἐνέτυχεν οὐδαμοῦ, (μαθόντες γὰρ τὴν κατ' αὐτῶν τοῦ Βασιλέως ὁρμήν, τοῖς ἵπποις ἐνδόντες τοὺς χαλινούς, ἔφευγον ἀμεταστρεπτί) ἴσχυσε δὲ καὶ ὁ Καμμύτζης τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐκφυγεῖν, τοὺς αὐτὸν φρουροῦντας μεγάλαις ὑποσχέσεσι πείσας συναποδρᾶναι αὐτῷ, καὶ προσεληλυθέναι τῷ βασιλεῖ. Καὶ ὁ μὲν πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα ἦλθε προσάγων, καὶ τοὺς αὐτοῦ φύλακας αὐτομόλους. Ὁ δὲ Κρατῶν ἐκεῖνον E μὲν ἀσμένως εἶδε, τοὺς δ' ἐκεῖνον λελυκότας ἐδεξιώσατο χρήμασι, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον. Οὐ πολὺς παρερρύη καιρός, καὶ ἔξεισιν αὖθις κατὰ τῶν Βαρβάρων οὗτος ὁ Αὐτοκράτωρ, καὶ ἄπεισιν εἰς τὸ Φιλομήλιον· εὗρε δὲ τὸ ἄστυ τοῦτο κενὸν ὁπλιτῶν (πάντες γὰρ οἱ τὴν τοῦ Αὐτοκράτορος ἐγνωκότες κατ' αὐτῶν ἔφοδον, τὰ μὲν φίλτατα μετέθεντο, ἐκεῖνοι δ' ἀνεχώρησαν) τὸ μὲν οὖν ἄστυ ἀπόνως ἐλήφθη. Ἀλλὰ μέντοι καί τινα φρούρια καὶ σπήλαια, ἃ Καταφύγια τοῖς ἐγχωρίοις ὠνόμασται, παρὰ τῶν κατεχόντων αὐτὰ τῷ Βασιλεῖ παρ-

παρ-

Digitized by Google

παρεδόθησαν, καὶ οἱ ἐν αὐταῖς μετῳκίσθησαν, τοῦτο συμφέρον τοῦ Αὐτοκράτορος κρίναντος. Οὓς μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν ἐκεῖνος, ἐπανῄει, ἐπεὶ μὴ πολεμίοις ἐνέτυχε. Τῶν δὲ μετοικιζομένων ὅσοι μὲν ἀκμάζοντες ἦσαν ἔτι καὶ νεάζοντες, δι' ἑαυτῶν τὴν πορείαν πεποίηντο. Οἷς δὲ τὸ γῆρας βραδεῖς ἐτίθει τοὺς πόδας εἰς βάδισιν, τούτοις παρεῖχεν ὁ κρατῶν ὑποζύγια. Εἰ δέ τινες ἢ νόσοις ἢ πάθεσιν ἄλλοις εἶχον παρειμένα τὰ σώματα, ἢ γήρᾳ μακροχρονίῳ τῷ καὶ λυγρῷ, τούτους ἀσπίσιν ἐπετίθει μακραῖς, καὶ τὰς ἀσπίδας οὓς φέρειν ἐπέταττε νεαρούς, δεδυνημένους ἀχθοφορεῖν, αὐτὸς δὲ περιιὼν, εἴ τινα τῶν ὑποκομιζομένων ἢ δίψει κάμνοντα ἐθεάσατο, ἢ τροφῆς ὀρεγόμενον, ἢ ἄλλως ταλαιπωρούμενον, ὡς ἐνὸν, ἀνεκτᾶτο τὸν κάμνοντα. Οὕτω δ' ὁδοιπορήσαντί τε καὶ καταλύσαντι, καὶ Τοῦρκοι πρὸς Ἑσπέραν ἀνεφάνησαν, σπονδὰς πρὸς Ῥωμαίους λέγοντες ἐθέλειν θέσθαι τὸν σφέτερον ἀρχηγόν. Τοῦτο δὲ οὐδὲ τῷ Βασιλεῖ ἀποθύμιον ἔδοξεν. Ἐλθὼν οὖν ἡγεμὼν ὁ τῶν Βαρβάρων στρατῶν, ὁ δὲ οὐκ ἦν σατράπης, ἀλλ' ἐκ τοῦ γένους τοῦ Σουλτανικοῦ κατηγόμενος, καὶ Σουλτάνος ὑπὸ τῶν οἰκείων ὀνομαζόμενος, ὡς ἐφίππῳ τῷ Βασιλεῖ ἐντυχών· πόρρωθεν αὐτὸς ἀποβὰς τοῦ ἵππου, καὶ πεζὸς προσεληλυθώς, καὶ οὕτω τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀφοσιωσάμενος, συνθήκας τε ἔθετο, καὶ χρήμασι πολλοῖς φιλοτιμηθεὶς, ἐκεῖνός τε καὶ ὅσοι σὺν αὐτῷ ἐληλύθασιν, ὁ μὲν ἐπανῄει πρὸς τὰ ἤθη τὰ ἑαυτοῦ, ὁ δ' Αὐτοκράτωρ ἐπανῆλθεν εἰς τὰ Βασίλεια. Ἐντεῦθεν ηὔξετο τὸ τῶν ποδῶν ἄλγος αὐτῷ, καὶ ἦν κλινήρης ὡς τὰ πολλά, κατῆρχε δ' ἡ Βασιλίς, καὶ ἦν ἐπίδοξος τὴν αὐταρχίαν σφετερίσασθαι. Ὁ δὲ ταύτης υἱὸς καὶ Βασιλεὺς οὐκ ἠρέμει, παντοίως πρὸς τὴν δοκοῦσαν τῆς μητρὸς ἐπιχείρησιν ἀντιστρατευόμενος.

κη'. Ὡς δὲ τῇ νόσῳ κατεπονεῖτο ὁ Αὐτοκράτωρ, εἰς τὸ μέγα τὸ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον μετεκομίσθη Ἀνάκτορον, καὶ ἦν νοσοκομούμενος. Καὶ ὁ τῶν Ἀσκληπιαδῶν περὶ ἐκεῖνον καθ' ἑκάστην ἐγίνετο ἀθροισμός. Οὐκ ἦν δὲ μία πᾶσι διάγνωσις, μόλις δὲ ὅμως εἰς μίαν γνώμην ἦλθον ποτέ· ἡ δ' ἦν, σιδήρῳ τὸν στόμαχον καυτηριάσαι τοῦ Αὐτοκράτορος· σίδηρον οὖν ὁ Βασιλεὺς κατὰ τοῦ στομάχου φλογοῦντα δέχεται. Οὐκ εὔκρατος μέντοι ἔδοξε τοῖς ἰατροῖς ὁ τῶν Ἀνακτόρων ἀήρ, οἷα δὲ νοτιώτερος. Διὸ καὶ εἰς τὰ τῶν Μαγγάνων Ἀνάκτορα μετακεκόμιστο ὁ Κρατῶν, εἴτε τυχαίως οὕτω συμβάν, εἴτε τοῦ χρεὼν τὸν θνήσκοντα συνελαύνοντος, ἐκεῖ τὴν ψυχὴν ἐρυγεῖν. Τὸ γὰρ ἐν Ἀκεσωδύνοις πεσεῖται, περὶ ἐκείνου γεγράφθαι λέγοντες οἱ περὶ ταῦτα ἐπτοημένοι. Ἀκεσώδυνα τὴν τῶν Μαγγάνων κατοικίαν ἐξηγοῦντό τε καὶ ὠνόμαζον, διὰ τὸ ἰατρεῖον τὸ ἐν αὐτοῖς, ὡς ἄκος ταῖς περιωδυνίαις περιποιούμενον, καὶ οὐδὲ τὸ καυτηριάσαι τὸν Βασιλέα, γενέσθαι μάτην ἐλέγετο τοῖς ταῦτα κομψοῖς, ἀλλὰ κατὰ παλαιγενῆ καὶ τοῦτο πρόρρησίν τε, καὶ πρόγνωσιν. Γεγράφθαι γάρ που περὶ αὐτοῦ τοῖς πονήσασι τὰς περὶ τῶν Βασιλέων αἰνιγματώδεις γραφὰς ὡς Ἀγκίστρῳ καυθεὶς πεσεῖται· ἄγκιστρον λέγοντες τοὺς συγγραφεῖς ἐοικότως τὸ σιδήριον ἀπεικάσαι, δι' οὗ τὸν στόμαχον καυτηριάζεσθαι ἔδει, διὰ τὸ κεκάμφθαι πρὸς τὸ ἄκρον αὐτό. Ἀλλ' οὔθ' ἡ καυτηρία, οὔτε μὴν ἡ τοῦ ἀέρος ἐναλλαγὴ τῷ κάμνοντί τι λυσιτέλησεν, ἠρέμα δὲ πρὸς τὸ τέλος ἐχώρει, οὔτε δὲ οἱ ἰατροὶ ἀπεγνῶσθαι αὐτῷ τὸ βιώσιμον ἔλεγον· καί τινες Μοναχοὶ προὔλεγον αὐτῷ, μὴ ἄλλως ἐκλιπεῖν εἰ μὴ πρότερον πρὸς Ἱερουσαλὴμ ἀφίκηται εἰς προσκύνησιν τοῦ ζωηφόρου τάφου τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅπου καὶ τὸ

ſecum abduxit, cum nemo eſſet, cum quo bellum gereret: iis qui integra ætate erant, & viribus vigebant, pedibus iter facientibus: qui vero ſenectute tardiores ad ambulandum erant, iis jumenta præbuit. Si qui vero vel morbis, vel aliis calamitatibus, vel afflicti ſenio corporibus laſſis erant: eos clypeis impoſitos, a robuſtis juvenibus, qui oneri ferendo pares eſſent, geſtari juſſit, ipſeque obequitans, ſi quem eorum vel ſiti laborantem, vel cibum deſiderantem, vel alioqui male affectum videret, eum pro virili recreabat. Sic proficiſcenti & divertenti Turci Occidentales occurrerunt, qui Principem ſuum ferire cum Romanis fœdus velle dicerent. Quod cum nec Imperatori diſpliceret, mox Barbarorum Princeps venit, non Satrapa, ſed ex Sultani genere, qui & ipſe a ſuis Sultanus vocaretur, & eminus de equo deſcendit, atque Imperatorem equo inſidentem pedes convenit, & adoratione ſic peracta, fœdere icto, magnaque pecunia cum ſuis donatus, in ſedes ſuas rediit, Imperator in Regiam eſt reverſus. Ab eo tempore auctis pedum doloribus plerumque decubuit, Imperatrice rerum potiente. Quæ quum omnem auctoritatem ſibi vendicatura videretur, filius ejus, idemque Imperator, omnibus modis conatibus matris obſiſtere non deſiſtebat.

LIBER XVIII.

Turcis pax.

Edit. Pariſ. pag. 307.

Alexii morbus.

XXVIII. Imperator porro morbo fatigatus, in magnum Palatium quod eſt ad Orientem eſt tranſlatus, ubi quotidianis Medicorum conventibus curabatur, quorum judicia variaverunt, donec tandem communi conſilio decreverunt, ſtomacho Imperatoris ferrum candens imprimere: & quia eis Regiæ aer, ut auſtralior parum temperatus videbatur, in Mangana transfertur: ſive id fortuito factum, ſive fatis, moribundum hominem, ut ibi animam exhalaret, compellentibus. Nam illud, *In Acceſodynis cadet*: qui talia admirantur, de eo interpretabantur. Eſſe enim Mangana Acceſodynum, ob medicam officinam quæ ibi erat, quod dolores ibi propulſarentur. Quin & cauterium non temere Imperatori adhibitum ii contendebant, qui de iſtiuſmodi ſtudio ſibi placent, ſed id quoque ex vetere præſcientia & prædictione factum. Nam alicubi ſcriptum eſſe de eo, ab iis qui Regum fata ambagibus involuta deſcripſerunt, eum *hamo uſtum caſurum*, quod illi ſcriptores, ferrum quo ſtomachus uri ſolet, ob acumen inflexum, hamo compararint. Verum neque uſtio, neque loci mutatio quicquam ægroto profuit, paulatim ad terminum vitæ progredienti. Negabant tamen medici, vitam ejus eſſe deploratam, ac Monachi quidam prædicebant ei, non moriturum prius, quam Hieroſolyma veniſſet ad vivificum ſepulcrum Domini & Servatoris noſtri adoran-

Oracula de Alexii obitu.

LIBER XVIII dum, ubi diadema depoſiturum
eum vaticinabantur: quorum ille
pollicitis credebat. Nam oratio-
nem quæ nobis cordi eſt, facile
comprobare ſolemus. Ita per im-
poſturam non animadvertit ſe vi-
tæ finem attigiſſe, antequam Hie-
roſolyma perveniret: diademate,
Edit. Pariſ. pag. 308. quamquam non ultro, poſito: etſi
dici queat, ad ſuperna Hieroſo-
lyma profectus eſſet, primogenito-
rum Metropolim, qui ſunt in cæ-
lis inſcripti. Igitur Auguſti xv.
andecimæ Indictionis, Auguſtus
extremum ducebat ſpiritum, qui
eum crebrum infirmumque tra-
hens anhelitum jaceret, Impera-
trix mœrore oppreſſa aderat, filia-
bus etiam præſentibus. Jam majo-
re diei parte exacta, cum Sol non
ſupra caput ſtaret, nec (ut ita di-
cam) ad perpendiculum, ſed non-
nihil inclinatus ad occaſum ten-
deret, Imperatoris filio ſignifica-
tur, patrem agere animam. Ingreſ-
ſus igitur ædes, in quibus mori-
bundus decumbebat, non ut de-
cedentem deploraret, ſed ut de
ejus morte certior redderetur: eo
viſo ſtatim exiit, & equo conſcen-
ſo cum ſuo comitatu & multis a-
liis, Manganis exceſſit. Quo fa-
cto ſtatim Abaſgi, qui puellæ ex
Abaſgia adductæ, & natu maxi-
mo Cæſaris filio nupturæ adjun-
cti fuerant, obviam facti, ſubla-
to clamore eum adorarunt. Tum
ajunt, Imperatricem filii diſceſ-
ſum morienti Imperatori dolenter
narraſſe: eum vero ad id nihil reſ-
pondiſſe, ſeu non vellet, ſeu non
poſſet: ſed manus ſuſtuliſſe, haud
ſcio, bene an male precantem fi-
lio. Alii manus eum ſuſtuliſſe ne-
gant, neque enim id facere po-
tuiſſe morientem, ſed Imperatri-
ce ſæpius vociferante: *Abire fi-
lium, ut viventi erepturum Impe-
rium*: illum parum obſcureque
ſubriſiſſe, ſive eam orationem de-
ridentem, ſi putaretur adhuc de
Imperio ſollicitus eſſe expirans,
terrenaque jam relicturus: ſive
quid de illo facto ſentiret, indi-
cantem. Nam & ab aliis & ab ipſo
Porphyrogenito Imperatore narra-
batur, eum non ſine patris con-
ſilio regiam eſſe ingreſſum, ſed e-
xitum ab illo ei fuiſſe conceſſum:
cujus rei teſſeram illius anulum
accepiſſet: eaque facta eſſe ab-
ſente Imperatrice, & illa igno-
rante. Cum igitur abiret, fama
quid actum eſſet, celeriter divul-
gante, ad hunc Imperatorem &
cognati, & ex Tribunis militum,
& ex Senatu multi ſe contulerunt.

XXIX. Cæterum ad magnam
Joannes Comnenus Imperator ſalutatur. Regiam properanti nuntiatur, Va-
rangos ſtationis excubitorum, ubi
iidem habitabant, via occupata,
neminem illac tranſire pati, aut
accedere ad Regiam. Quo nun-
tio perturbatus, quemdam ad illos
mittit percontatum, quid ſibi ve-
pag. 309. lint? mittit & ad Eccleſiam qui
diceret, Imperatorem eſſe mor-
tuum, ſeque celebrari velle ut Im-
peratorem. Ac id quidem a Clero
& ſummo Paſtore factum. Se Va-

A διάδημα αὐτὸ ἀποθέσθαι μέλλειν ἐχρησμολόγουν. Καὶ
οἱ μὲν ταῦτα αὐτῷ ἐπηγγέλλοντο, ὁ δὲ τοῖς λεγομένοις
ἐπίστευε. Ὁ γὰρ ἡμῖν πρὸς βουλῆς, τοῦτο ῥᾴδιον εἰς πί-
στιν καταγγελλόμενον. Οὕτω δὲ κλεπτόμενος ἔλαθε τῷ
τέλει προσεγγίσας τῆς βιοτῆς, καὶ πρὸ τῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ
ἀφίξεως, ἀποθέμενος, ἀλλ' οὐχ ἑκών, τὸ διάδημα. Εἰ γ
δ' εἰπεῖν πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐκδημήσας, τὴν
τῶν πρωτοτόκων μητρόπολιν, τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν
οὐρανοῖς. Πεντεκαιδεκάτην μὲν ὁ Αὔγουστος ἦγε τῆς ἑν-
δεκάτης ἐπινεμήσεως, καὶ τὰ τελευταῖα ἔπνει ὁ Αὔγου-
στος, καὶ ὁ μὲν ἔκειτο ἀναφέρων τὸ ἆσθμα πυκνόν τε καὶ
ἀδρανές. Ἡ δέ γε Βασίλισσα ὅλη τοῦ πάθους ἦν, καὶ
συνῆπτο περὶ αὐτὸν τὰ θυγάτρια. Ἤδη μὲν οὖν τῆς
B ἡμέρας παρεληλύθει τὸ πλέον, καὶ ὁ ἥλιος οὐχ ὑπὲρ
κεφαλῆς ἦν ἑστώς, οὐδ' οἷον εἰπεῖν κατὰ κάθετον, ἀλλ'
ἐκλίνετο βραχύ τι κατιὼν πρὸς δυσμάς, καὶ δηλοῦται
τῷ τοῦ Βασιλέως υἱῷ καὶ Βασιλεῖ ἐκλιπεῖν ἄρτι τὸν πα-
τέρα. Ὁ δ' εἴσεισι τὸν οἶκον, ἔνθαπερ ὁ θνήσκων κα-
τέκειτο, οὐχ ὡς τὸν ἀπιόντα θρηνήσων, τὸ δὲ πιστὸν τοῦ
θνήσκειν ἐκεῖνον τρανῶς ληψόμενος. Καὶ ἰδὼν αὐτίκα
ἐξῆλθε, καὶ ἀναβὰς τὸν ἵππον, ἐξῄει τῶν Μαγγάνων
σὺν τοῖς περὶ αὐτόν, ἐξιόντι δὲ πολλοὶ συναπήχθησαν.
Ἄρτι δ' ἐξελθόντι τὸν τῶν Μαγγάνων περίβολον, προ-
σαντῶσιν οἱ Ἀβασγοί· οὗτοι δ' ἦσαν, οἳ τῇ ἐξ Ἀ-
βασγίας κομισθείσῃ παιδί, καὶ νυμφευομένῃ τῷ μεί-
ζονι τῶν υἱῶν τοῦ Καίσαρος ἐκεῖθεν συναπεστάλησαν, καὶ
ὑπηντηκότες, ἐπαλάλαξάν τε καὶ προσεκύνησαν. Τότε
C φασὶ τὴν Βασιλίδα τῷ θνήσκοντι Βασιλεῖ περιπαθῶς
ἀπαγγεῖλαι τὴν τοῦ υἱέος ἀπέλευσιν, τὸν δὲ φθέγξα-
σθαι μὲν πρὸς τοῦτο μηδέν, ἢ μὴ βουλόμενον, ἢ μὴ
δυνάμενον· διᾶραι δὲ τὰς χεῖρας ὑψοῦ, ἵνα οὐδ' εἴθ'
ὑπερευχόμενον τοῦ υἱοῦ, εἴτε μὴν κατευχόμενον. Ἕτε-
ροι δὲ φασὶ μὴ τὰς χεῖρας διᾶραι τὸν θνήσκοντα, μη-
δὲ γὰρ οἷόν τ' εἶναι ἤδη ἐκλείποντα. Τῆς δὲ Βασι-
λίδος πολλάκις ἀνακραγούσης, ὡς, Ἄπεισιν ὁ υἱός σου
ἔτι ζῶντά σε τὴν Βασιλείαν ἀφαιρησόμενος, ἐκεῖνον
ὑπομειδιάσαι βραχύ τι καὶ ἀμυδρόν, ἢ τῶν λεγομένων
καταγελῶντα, εἰ νομίζοιτο περὶ τῆς Βασιλείας φρον-
τίζειν ἐκπνέων ἤδη καὶ τῶν γηΐνων μεθιστάμενος, ἢ τὴν
τῆς ψυχῆς ἐπὶ τῷ πραττομένῳ διάθεσιν ὑπεμφαίνον-
D τα. Ἐλέγετο γάρ τοι καὶ παρ' ἄλλων καὶ παρ' ἐκεί-
νου τοῦ Πορφυρογεννήτου Αὐτοκράτορος, μὴ γνώμης ἄτερ
πατρικῆς θέσθαι τὴν εἰς τὰ Βασίλεια πάροδον, ἀλ-
λὰ παρ' ἐκείνου ἐπιτετράφθαι οἱ τὴν ἔξοδον, καὶ σύν-
θημα ταύτης ἐκ τοῦ πατρὸς λαβεῖν τὸν ἐκείνου δακτύ-
λιον· ταῦτα δὲ μὴ παρούσης γενέσθαι τῆς Βασιλίδος,
καὶ ἀγνοούσης ὅτι γεγόνασιν. Ὁ μὲν οὖν ἀπῄει. Τῆς
φήμης δὲ κηρυξάσης ταχὺ τὸ πραχθέν, τῷ Βασιλεῖ
τούτῳ καὶ τὸ συγγενὲς προσῄει, καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἀρ-
χόντων πολλοὶ καὶ τῆς τοῦ Συγκλήτου βουλῆς.

κθ'. Τῷ δ' οὖν ὁρμῇ πρὸς τὸ μέγα ἀνάκτορον ἀ-
πιόντι ἀπαγγέλλεται, ὡς οἱ Βάραγγοι τὴν ἐν τοῖς Ἐξκουβίτοις
διειληφότες ὁδόν, ἔνθαπερ τούτοις καὶ ἡ κατοίκησις, ἀ-
πελθεῖν δι' ἐκείνης οὐ παραχωροῦσι τινί, οὐδὲ μὴν
E πλησιάσαι τοῖς Βασιλείοις. Τοῦτο εἰς ἀγωνίαν τὸν Βα-
σιλέα ἐνέβαλε. Καὶ στέλλει πρὸς ἐκείνους τινὰ ἐρωτή-
σοντα, τί τὸ σφίσι βουλόμενον; στέλλει δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἐκ-
κλησίαν, τεθνάναι λέγων τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ ζητῶν
αὐτὸς ἀνευφημηθῆναι ὡς Αὐτοκράτωρ. Καὶ τοῦτο μὲν ἐ-
γένετο, καὶ Αὐτοκράτορα αὐτὸν ὁ κλῆρος τῆς Ἐκκλησίας γνω-

Digitized by Google

μεν καὶ τῆς Ἀρχιποίμενος ἀνηγόρευσεν. Ὁ δὲ πρὸς τοὺς Βαράγγους ἐσταλμένους ἠρώτα αὐτούς, ἐπεὶ χάριν κωλύουσι τοῦ Βασιλέως τὴν εἰς τὰ Βασίλεια πάροδον; οἱ δὲ, μή ποτε παραχωρῆσαι τῆς Βασιλείου εἰσόδου, ζῶντος τοῦ Αὐτοκράτορος, ἔφασαν. Ἐκεῖνος δὲ τεθνηκέναι διεβεβαιοῦτο τὸν Αὐτοκράτορα. Καὶ οἱ Βάραγγοι ὅρκῳ τοῦτον πληροφορῆσαι αὐτοὺς ἀπῄτησαν. Καὶ ὃς ὤμοσεν, ἦ μὴν τεθνάναι τὸν Βασιλέα, κἀκεῖνοι ἐνέδωσαν, καὶ τῆς παρόδου τῷ Βασιλεῖ παρεχώρησαν. Ὁ δ' ἀπιὼν πρὸς τὰ Βασίλεια, καὶ τούτων ἐντὸς γεγονώς, πῶς ἂν χρήσαιτο τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ὁμογνίοις, καὶ τῷ τῶν κηδεστῶν ἑνὶ τῷ Βρυεννίῳ, μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐβουλεύετο. Ἔτι γὰρ ἐδεδοίκει τούτους, καὶ οἱ ἦσαν ἐν ὑποψίαις, ἐλπίζοντι νεωτερίσειν ἴσως αὐτούς. Ὁ δὲ τούτου πατὴρ παρ' ὅλην μὲν τὴν ἡμέραν ἐμπνέων ἦν, καὶ δυσθανατῶν, περὶ δὲ τὴν ἑσπέραν ἐξέλιπε· ζήσας μὲν ἔτη ἑβδομήκοντά που ἢ τὰ πάντα ἢ ὅτι ἐγγύτατα, βασιλεύσας δ' ἐκ τούτων ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἐπὶ μησὶ τέσσαρσι καὶ ἡμέραις τισίν. Ἔθανε δὲ κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ἑξακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἕκτον ἔτος, τὰ μὲν Βασιλείας διῳκηκὼς εὐτυχῶς, τὸ δέ γε τέλος οὐχ ὅμοιον ἐσχηκώς. Καταλέλειπτο γὰρ πρὸς τῶν θεραπόντων σχεδὸν ἁπάντων, ὡς μὴ δ' εἶναι τάχα τινάς, τοὺς τὸν ἐκείνου νεκρὸν τοῖς λοισθίοις λουτροῖς ἀπορρύψαντας, καὶ οὔτε κόσμος βασίλειος προσῆν τοῖς περὶ αὐτόν, ἵν' αὐτοῦ τὸ σῶμα κοσμηθείη βασιλικῶς, οὔτε μὴν ἐκφορᾶς ἔτυχε Βασιλεῖ καταλλήλου. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀλλοτρίου, ἀλλ' υἱέος δεξαμένου τὴν Βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ υἱέος, ὃν ἐκεῖνος τῆς Βασιλείας ἠξίωσεν. Οὕτως οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων μόνιμον, οὐδὲ πάγιον, οὐδὲ πιστόν τε καὶ βέβαιον, ἀλλ' ἄπιστα πάντα, καὶ κύβου μᾶλλον ῥᾷον μετατιθέμενα καὶ μεταρριπτούμενα. Ἦν δ' ὁ ἀνὴρ (ἵνα καὶ τὸν τρόπον ἐκείνου δῆλον θείημεν τοῖς μετέπειτα, καὶ τὸ ἦθος τοῖς ὀψιγόνοις χαρακτηρίσαιμεν) οὔθ' ὑπεροπτικός τε καὶ ἀλαζών, οὔτε μὴν ὀξὺς εἰς θυμόν, ἀλλ' οὐδὲ χρημάτων ἥττων, οὐδ' ἄγαν ἐρασιχρήματος, ὥστε βούλεσθαι κατορύττειν αὐτὰ καὶ ταμιεύειν, ἵν' εἶεν αὐτοῦ θησαυροὶ κεκρυμμένοι, καὶ ὑπόγεια χρήματα, ὅθεν οὐδὲ θανόντος πλεῖστα παρὰ τοῖς ταμιείοις εὑρέθησαν· πρὸς ἔλεον εὐκατάφορος, πρὸς κόλασιν οὐκ ὀξύρροπος, μέτριος τὸ ἦθος, εὐπρόσιτος, περὶ τὴν δίαιταν οὐκ ἀκόλαστος, οὐκ οἴνου ἡττώμενος, τοῖς ἐναρέτως βιοῦσι προσέχων καὶ ἀπονέμων τιμήν. Λόγους οὐχ ὡς ἔδει τιμῶν, τέως δέ γε τιμῶν, ἐπιεικής τε καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν οὐ σοβαρῶς προσφερόμενος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἴσου σχεδὸν ὁμιλῶν τε καὶ χαριεντιζόμενος. Ὅθεν ἐκείνοις θαρρεῖν ἐπῄει, καὶ οὐ μετὰ δέους αὐτῷ παρεστάναι, καὶ μᾶλλον ὅτ' ἀπῆν ἡ Βασίλισσα. Ἐπεστέλλοντο γὰρ ἐκείνης παρούσης ἀρχικόν τε καὶ ἐμβριθὲς ἐνδεικνυμένης ἰδίωμα, καὶ τοῖς ἀτακτοῦσιν ἐπιτιμώσης σφοδρότερον. Ὁ μὲν οὖν τοιοῦτος ἦν. Ταῦτα δὲ καλὰ μέν, καὶ πῶς γὰρ οὔ; ἰδιώτῃ δ' ἀποχρῶντα πρὸς ἔπαινον, οὐ μήν γε καὶ Βασιλέα δεικνύντα χρηστόν. Οὐ γὰρ αἱ αὐταὶ καὶ Βασιλέως καὶ ἰδιώτου γένοιντ' ἂν ἀρεταί. Ἰδιώτῃ μὲν γὰρ ἀπόχρη καὶ μέτριον ἦθος, καὶ ἐπιείκεια, καὶ τὸ πρὸς θυμὸν οὐκ εὐκίνητον, καὶ τὸ σῶφρον τὸ πρὸς τὴν δίαιταν. Βασιλεῖ δὲ πρὸς τούτοις, καὶ ἡ τῆς δικαιοσύνης φροντίς, καὶ ἡ τῶν ὑπηκόων προμήθεια, καὶ ἡ τῶν παλαιῶν ἐθῶν τοῦ πολιτεύματος τήρησις. Τῷ δὲ μέλημα μᾶλλον ἡ τῶν ἀρχαίων ἐθῶν γέγονε τῆς πολιτείας ἀλλοίωσις, καὶ τὸ μεταπαῖξαι ταῦτα ἔργον ἦν αὐτῷ σπουδαιότατον, καὶ τοῖς πράγμασιν οὐδ' ὡς κοινοῖς, οὐδ' ὡς δημοσίοις ἐνέχρητο, καὶ ἑαυτὸν οὐκ οἰκονόμον

A Varangi reſponderunt ei qui rogabat, cur Regiæ aditu Imperatorem excluderent, ſe Imperatore vivente neminem paſſuros ingredi. Illo vero affirmante, jam eſſe mortuum: Varangi jurejurando ſancita ejus rei fide, Imperatori Regiam ingredi conceſſerunt. Quo cum perveniſſet, cum ſuis deliberabat, quomodo tractanda eſſet mater, fratres, ſororeſque, & Cæſar Bryennius: illos enim adhuc metuebat, ſuſpectoſque habebat, ne res novas molirentur. At pater totum adhuc diem ſpirabat, difficulterque moriebatur, ſub veſpera demum extinctus. Vixit annos ſeptuaginta, aut circiter, regnavit ſeptem & triginta, B menſes quatuor, & dies aliquot. Obiit anno mundi ſexies milleſimo, ſexcenteſimo, viceſimo ſexto, Imperio feliciter adminiſtrato, vitæ exitum non æque proſperum ſortitus. A miniſtris enim fere omnibus eſt deſertus, ut prope nulli eſſent, qui cadaver ejus poſtremis lavacris purgarent: neque ornatus Imperatorius præſto eis eſſet, quo cadaver ejus pro dignitate ornaretur, neque funus ei factum eſt Imperatori conveniens. Idque non alieno, ſed filio Imperii ſucceſſore: & eo filio, quem ipſe Imperio ornarat. Sic rerum humanarum nihil ſtabile & firmum eſt, ſed infida omnia, & teſſera mutabiliora. Fuit autem ille vir, C ut & mores ejus expreſſus ad poſteritatis memoriam propagemus, neque ferox & arrogans, neque iracundus, neque avarus, & pecuniæ nimium cupidus, ut eam conflaret, & in theſauros occultos & ſubterraneas opes reconderet. Unde neque poſt obitum ejus in ærario magna pecunia eſt reperta, ad miſericordiam propenſus, ad ſumendas pœnas tardus, moribus moderatis, acceſſu facilis, in victu non intemperans, non vino deditus: virtute præditis auſcultare, & honorem habere ſolitus. Eruditionem non ut conveniebat, ſed utcumque colebat: commodus, non inſolens erga eos quibuſcum vivebat, comis & jucun- D das, quaſi cum æqualibus viveret. Unde illi ſecuris erant animis, neque metu attoniti illi aſtabant, præſertim abſente Imperatrice, quæ imperioſum aliquid, & ſeverum præ ſe ferebat, & modeſtiæ oblitos acrius increpabat. Ac pulchra quidem iſta ſunt: quis enim neget? quæque privati hominis laudes abſolvant, non tamen ejuſmodi, quæ Imperatorem omnino bonum demonſtrent. Nam homini privato ſatis eſt moderatio, æquitas, placabilitas, & in omni cultu & victu modus. Imperatori vero præter hæc & juſtitia eſt colenda, & ratio civium habenda, & vetera inſtituta ſunt tuenda. E Ille vero magis in eo elaboravit, ſummo adhibito ſtudio, ut veteres mores immutaret & abrogaret, & res non ut communes & publicas tractavit: neque ſe illarum adminiſtratorem, ſed dominum eſſe cenſuit, ac Regiam ſuas ædes & putavit & appellavit. Patres con-

Alexii obitus & elogia.

Edit. Pariſ. pag. 310.

Alia Imperatoris, alia hominis privati virtutes.

LIBER XVIII. ſcriptos nec juſto proſecutus eſt honore: neque eam illorum habuit rationem, quam recta ratio poſtulabat: ſed potius deprimere illos ſtuduit. Neque juſtitiæ regulam in omnibus obſervavit: cujus proprium eſt, id cuique tribuere, quod meretur. Ille vero cognatis & miniſtris quibuſdam totа plauſtra publicæ pecuniæ præbuit, & annuos ſumptus largiſſimos ſuppeditavit, ut & magnis opibus abundarent, & comitatum alerent, non privatis hominibus, ſed Imperatoribus convenientem, atque ædes compararent, ut magnitudine urbibus pares, ita magnificentia Regiis Palatiis non impares. Erga reliquam vero nobilitatem, non perinde benignum ſe præbuit: ne quid aliud de viro dicam, cujus honori conſultum volo. Quæ res Comnenum Imperatorem perfectum judicari non ſinunt. Neque etiam malum Comnenum Imperatorem quiſquam dixerit: nam qui ſeverius in Imperatores inquiſierit, equidem non arbitror ullum Romanorum principatu antiquitus potitum, inventurum eſſe, in quo nihil ad conſummatam laudem deſideretur. Quo fit, ut cujuſquam gubernatio, ea morum & actionum ejus majori parte judicetur. Sine crimine certe quidem, & deteriorum affectionum prorſus expers nemo reperietur: id enim divinæ felicitatis proprium fuerit, nec umquam in hominis naturam cadet. Hic ſcribendi finem faciam, & hiſtoriæ curſum inhibebo, longe progreſſum. Nam ea mandare litteris quæ reſtant adhuc, nec utile, nec tempeſtivum judicavi. Quod ſi Opus hoc alicui videbitur utile, gratia ſit Deo, cujus auxilio bona omnia conficiuntur. Sin ſupervacaneum, mea culpa illa fuerit, & ad me auctorem redeat fœtus, cujus memoriam excitare queat.

Nullus Imperator ſine omni crimine.

Edit Pariſ. pag. 311.

Concluſio Operis.

A μόνον ἔγνω τούτων, ἀλλὰ δεσπότην, καὶ οἶκον οἰκεῖον ἐνόμιζε καὶ ὠνόμαζε τὰ βασίλεια. Καὶ τοὺς τῆς Συγκλήτου Βουλῆς οὔτε τιμῆς, ἧς ἐχρῆν, ἠξίου, οὔτε προνοίας αὐτῶν ἐτίθετο κατὰ τὸ ἀνάλογον. Μᾶλλον μέντοι καὶ ἐσπούδαζε ταπεινῶσαι τούτους· ἀλλ' οὐδ' ἐν ἅπασι τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐτήρει ἀρετήν. Ταύτης γὰρ ἴδιον, τὸ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεμητικόν. Ὁ δὲ τοῖς μὲν συγγενέσι καὶ τῶν θεραπόντων τισὶν ἁμάξαις ὅλαις παρεῖχε τὰ δημόσια χρήματα, καὶ χορηγίας ἐκείνοις ἁδρὰς ἐτησίας ἀπένεμε, ὡς καὶ πλοῦτον περιβαλέσθαι βαθύν, καὶ ὑπηρεσίαν ἑαυτοῖς ἀποτάξαι, οὐκ ἰδιώταις, ἀλλὰ βασιλεῦσι κατάλλη-
B λον, καὶ οἴκους προσκτήσασθαι, μεγέθει μὲν πόλεσιν ἐοικότας, πολυτελείᾳ δὲ Βασιλείων ἀπεικότας οὐδέν. Τοῖς δὲ λοιποῖς τῶν εὖ γεγονότων, οὐχ ὁμοίαν ἐνεδείκνυτο τὴν προαίρεσιν, ἵνα μή τι ἕτερον φαῦλον ἐρῶ, φειδόμενος τοῦ ἀνδρός. Βασιλέα μὲν οὖν οἷον τὸ ἀκριβὲς ἀπαιτεῖ, οὐκ ἐῶσι τὰ εἰρημένα ἐκεῖνον νομίζεσθαι· ἀλλ' οὐδὲ μέντοι φαῦλον εἴποι τις τὸν Κομνηνὸν Αὐτοκράτορα. Εἰ δὲ τὴν ἄγαν ἀκριβολογίαν ζητοίη τις ἐν τοῖς Αὐτοκράτορσιν, οὐκ οἶμαί τινα τῶν ἀνέκαθεν τῆς Ῥωμαίων ἐπιβεβηκότων ἡγεμονίας ἐν πᾶσιν εὐδοκιμηκότα κριθήσεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλεονάζοντος ἐν τοῖς ἤθεσι σφῶν καὶ ταῖς πράξεσιν ἑκάστῳ ἡ πολιτεία κεχαρακτήρισται. Ἀνέγκλητος γὰρ οὐ-
C δεὶς ἄν ποτε δόξῃ οὐδ' ἀμιγὴς τῆς χείρονος ἕξεως· θειοτέρας γὰρ τοῦτο μοίρας, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης εἴη ἄν ποτε φύσεως. Ἐνταῦθά μοι τὸ πέρας ἔστω τῆς συγγραφῆς, καὶ ὁ δρόμος στήτω τῆς ἱστορίας, ὅς μοι πρὸς μακρὸν ἐκμεμήκυνται. Δοῦναι γὰρ γραφῇ τινι καὶ τὰ λειπόμενα, οὔ μοι λυσιτελὲς, οὐδ' εὔκαιρον κέκριται. Ἡ μὲν οὖν ὀνήσιμόν τισι δόξει τὸ πόνημα, τῷ Θεῷ χάρις, δι' ὅνπερ ἅπαν κατορθοῦται καλόν· εἰ δ' ἀσυντελὲς, εἴη ἂν ἡμέτερον τὸ αἰτίαμα, καὶ ἐπανίτω πρός με τὸν πονήσαντα τὸ ἀποκύημα, ἰσόμοιρόν μοι μνήμης ἐμπύρευμα.

FINIS ANNALIUM ZONARÆ.

Digitized by Google

QUÆ SEQUUNTUR

ex Euſebio Pamphili collecta ſunt, Libro qui inſcribitur Baſilicus.

Initium mundi.

EPITOME ANNORUM

AB ADAM USQUE AD A. VI. M. ICLXXXIX.

hoc eſt ad initium Domini Alexii Comneni.

ADAM genuit Seth	A. CCXXX.	CCXXX.
Seth genuit Enos	A. CCLX.	CCCCXXXV.
Enos genuit Cainam	A. CXC.	IↃCXXV.
Cainam genuit Malaleel	A. CLXX.	IↃCCXCV.
Malaleel genuit Jared	A. CLXV.	IↃCCCCLX.
Jared genuit Enoch	A. CLXII.	MCXXII.
Enoch genuit Mathuſalam	A. CLXV.	MCCLXXXVII.
Mathuſalam genuit Lamech	A. CLXVII.	MCCCCLIV.
Lamech genuit Noe	A. CLXXXVIII.	MDCXLII.
Noe genuit Sem	A. IↃ.	MMCXLII.
Sem genuit Arphaxad	A. CI.	MMCCLIII.
Arphaxad genuit Cainan	A. CXXX.	MMCCCLXXIII.
Cainan genuit Salam	A. CXXXV.	MMDVIII.
Sala genuit Heber	A. CXXX.	MMDCXXXVIII.
Heber genuit Phalec	A. CXXXIII.	MMDCCLXXI.
Phalec genuit Ragau	A. CXXX.	MMDCCCCI.
Ragau genuit Seruch	A. CXXXII.	MMMXXXIII.
Seruch genuit Nachor	A. CXXX.	MMMCLXIII.
Nachor genuit Thare	A. LXXIX.	MMMCCXLII.
Thare genuit Abraham	A. LXX.	MMMCCCXII.
Abraham genuit Iſaac	A. C.	MMMCCCCXII.
Iſaac genuit Jacob	A. LX.	MMMCCCCLXXII.
Jacob genuit Levi	A. LXXXII.	MMMDLIV.
Levi genuit Caath	A. XLVII.	MMMDCI.
Caath genuit Amram	A. LX.	MMMDCLXI.
Amram genuit Moſen	A. LXXV.	MMMDCCXXXVI.
Moſes vixit	A. CXX.	MMMDCCCLVI.
Jeſus Dux fuit Iſraelis	A. XXIV.	MMMDCCCLXXX.
Phinees Pontificatum tenuit apud Iſraelitas	A. XXIV.	MMMDCCCCV.
Chuſar Regnum in Iſraelitas exercuit	A. L.	MMMDCCCCLV.
Othoniel judicavit Iſrael	A. XL.	MMMDCCCCXCV.
Eglom Regnum in Iſraelitas exercuit	A. XVIII.	MMMMXIII.
Aod & Sephora judicant Iſraelem	A. LXXX.	IVMCXXVI
Jahim Iſraelitis imperavit	A. XX.	IVMCXXVI.
Debora judicat Iſraelem	A. XL.	IVMCLXVI.
Oreb judicat Iſraelem	A. VII.	IVMCLXXIII.
Gedeon judicat Iſraelem	A. XL.	IVMCCXIII.
Abimelech judicat Iſraelem	A. III.	IVMCCXVI.
Tholas judicat Iſraelem	A. XXIII.	IVMCCXXXIX.
Jaar judicat Iſraelem	A. XXII.	IVMCCLXI.
Ammonitæ Iſraeli imperant	A. XVIII.	IVMCCLXXIX.

ΤΑ ΤΩ ΙΣΤΟΡΕΙ

ὁ Καισαρειὺς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐκλήθη Βασιλικός.

Ἀρχὴ κόσμου.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΧΡΟΝΩΝ

ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΔΑΜ, ΕΩΣ ΤΟΥ ͵ϛφπθ' ΕΤΟΥΣ,

Ἡ ἐκείνη τυραννίδα) Sic etiam Imperatorum Conſtantinopolitanorum ſuæ ætatis tyrannidem perſtringit Aretas in Apocalypſ. cap. LII. Λείπεται δὴ ἑτέραν ὑπονοεῖν Βαβυλῶνα εἶναι λέγω· καὶ τίς αὕτη; οὐκ ἄλλη, ἢ ἡ Κωνσταντίνου, ἐφ' ἧς πάλαι διωγμοὺς ἐνεσομένη, νῦν δὲ ἐν αὐτῇ φονεῦσαι, ἐκ παραλλήλων ἀμίλλης, τῶν πολιτικῶν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐξεπιτηδεύσαν παλαιόντων, μᾶλλον δὲ οὐκ ἰουδαΐκως, εἰ μή τι ἐξ αὐτῶν ἄρῃ τὸ αἱρετικὸν, οὐ μείζονα δεῖν δυνάμει ἀναπλεῖν. Et cap. LIV. Μητέρα δὲ τῶν πορνῶν καλεῖν, ἢ ἂν βούλη τὴν πάλαι, εἴτε τὴν παλαιὰν Ῥώμην, εἴτε τὴν νέαν, εἴτε τὸν καιρὸν τῆς ἐπιδημίας τοῦ Ἀντιχρίστου, οὐκ ἂν ἁμάρτῃς τοῦ ἀληθοῦς, διότι ἀμφοτέρας τὸ κράτος ἀπεδέξατο τῶν ἄλλων πόλεων.

Δίων) Cujus verba expendimus in Byzantii deſcriptione.

Θώραξ) Murorum lorica, vulgo *Cortina*, atque ſic emendavimus, ubi Wolfius *froas* verterat.

Ἡ κατέστρωται λιθίναις πλαξὶν) Unde φόρον πλακώματος vocat Nicephorus Presbyter in vita nondum edita S. Andreæ propter Chriſtum Sali. Vide quæ annotamus in noſtra Conſtantinopoli lib. I. de hoc Foro Conſtantini.

Εἰς κίονα ὄψει τὸ ἄγαλμα ἵστησι) De Porphyretica columna, & ſtatua ei impoſita, pluribus egimus in Notis ad Alexiadem pag. 382. &c.

LIBER XIII. in Conſtantinopoli Chriſt. l. 1. Sect. XXIV. N. VI. Illud dumtaxat hic addere licet, Anonymum de Inventione S. Crucis, apud Gretzerum, ſcribere a Romanis hanc ſtatuam confectam & erectam ob cives liberatos a Tyrannide Maximiani, hincque poſtmodum ab ipſo Conſtantino translatam Conſtantinopolin. Ita ille, ubi de Clavis Dominicis: *τοὺς δὲ ἑτέρους δύο ἐν τῇ στήλῃ ἔθετο, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι ὑπὲρ τῆς ἀπὸ Μαξιμιανοῦ τυραννίδος ἐλευθερίας τῷ Κωνσταντίνῳ ἔστησαν· καὶ γὰρ ἐπὶ ταύτην ἀγαγὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι τῷ φόρῳ ἱδρύσατο.*

Ἀπόλλωνος ἄγαλμα) Multa perinde ibidem obſervamus de hac ſtatua, ubi & quædam attigimus de Clavis Dominicis in eam immiſſis, non modo in caput, ſed & in equi frænum: de quibus ita Nicephorus Presbyter in vita nondum edita S. Andreæ propter Chriſtum Sali: *παραγενόμενος*

Edit. Pariſ. pag. 30. *τοῦ ὄντος ἐν τῷ δημοσίῳ φόρῳ πλησίον τοῦ κίονος, ὃν ὁ ἐν μακαρίᾳ μνήμῃ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ ἐν ἁγίοις ἔστησεν, ἐν ᾧ φασὶ καὶ τοὺς τιμίους ἥλους τοὺς ἐν τῷ ζωοποιῷ τοῦ Κυρίου σώματι ἐμπαρέντας ἐν τῷ ἐπάνω τούτου ἱσταμένῳ ἀνδριάντι ἔθετο, πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, σκέπην τε καὶ φυλακτήριον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων.* Et Menæa ad 6. Martii:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ εὕρεσις τῶν ἁγίων ἥλων,
Φανέντες ἧλοι βασιλέων τοῦ μὲν κράτος,
Ἀγάλματος κεῖνται τοῦ χαλκοῦ δὲ κρᾶτα.

Vide Theophanem p. 21.

Τοῦ Ἡλίου) Sic MSS. omnes: at Lambecius, ſeu Holſtenius ad Codinum de Orig. CP. n. XLVI. legendum contendit *πόλεως τοῦ Ἡλίου*, ſeu Heliopoleos, ex Julii Pollucis Chronico: *καὶ ἐκεῖνο τὸ κίονος ἔστησεν ἑαυτοῦ ἀνδριάντα, ἔχοντα ἐν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ ἀκτῖνας ζ΄. ὅπερ χαλκούργημα ἤγαγεν ἐκ τῆς Ἡλίου, πόλεως οὔσης τῆς Φρυγίας.*

Εἰς τιμὴν ἀνήγαγε Πατριαρχικήν) Falſum quod ait Patriarchatum Conſtantinopolitanum a Conſtantino M. erectum: hinc Metrophanem Byzantinum Epiſcopum infra Patriarcham vocat, ut & Joſephus Ægyptius de Concilio Epheſino p. 685. & Damaſcenus Studita Homil. XXXIII. Vide noſtram Conſtantinopolim.

Μητροφάνους) Conſule, ſi lubet, Acta SS Metrophanis & Alexandri edita a Gretzero, S. Nicephorum in Chronogr. p. 413. 1. ed. Synaxaria & Menæa ad IV. Junii, quo illius Synaxin celebrant Græci.

N. 4. *Ἐπὶ τῶν δωμάτων*) Heſychius: *δώματα, οἶκοι, οἰκήματα*, &c. Ita *doma* uſurpant aliquando Scriptores infimæ Latinitatis, Petrus Damiani l. V. Epiſt. XI. Liber Mirac. S. Mauri Sebaſtiani n. XVIII. vita S. Aldegundis c. V. &c. Eſt etiam *doma, tectum, vel atrium quod non tegitur*, Papiæ. Gloſſ. Gr. Lat. *δῶμα tectum*. Atque hac notione in Orientalibus provinciis uſurpari obſervat non ſemel S. Hieronymus, in quibus *domata* dicuntur, *quæ Romæ ſolaria vel meniana vocant, id eſt plana tecta, quæ tranſverſis trabibus ſuſtentantur*. Hoc vero Zonaræ loco *δώματα* pro ipſis ædibus privatis accipi debere cenſuerim: *tecta* vertit Interpres.

Ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος) De Euſebio, & illius Arianiſmo, præter Theophanem & aliquot e vetuſtioribus, agunt in primis Baronius, Scaliger ad Euſebii Chronicon p. 431. Jacobus Gottofredus ad Philoſtorgium lib. I. cap. II. Henricus Valeſius ejuſdem Euſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ editor, & alii. Quæ porro ut id probet Zonaras affert ex eodem Euſebio, deſumpta ſunt ex lib. 1. cap. 1. ubi *ἐλατρεύετο δεύτερον* etiam ſcribi in melioribus Codicibus obſervat Valeſius, ubi alii *Θεοῦ*, vel *Θεὸν* habent. Ex his porro Euſebii verbis non videre ſe quid reprehendat Zonaras ſcribit idem Valeſius ad cap. III. quo probet Ariani dogmatis illum ſectatorem fuiſſe. Hunc conſule, ſi lubet. Photius Epiſt. CXLIV. *Εὐσέβιον ὁ τοῦ Παμφίλου, εἴτε δοῦλος, εἴτε συνήθης, ἐν μὲν αὐτοῦ τοῖς βιβλίοις*, &c. Georgius Hamartolus in Chronico MS. *Περὶ τοῦ Παμφίλου Εὐσεβίου*

Zonaræ Annales.

ὅτι ἐν πολλοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν δείκνυται Ἀρειανὸς γεγονώς, οὐδὲ καὶ ἐπαινοῦντες περί τινων ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν οἱ πολυμαθεῖς καὶ πολυίστωρ, καθάπερ καὶ Ὠριγένης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ὄντων. LIBER XIII.

Ἔτι ζῶντα εὑρὼν) Solus Zonaras Conſtantium Cæſarem, qui tunc erat Antiochiæ, vivente adhuc patre ſuperveniſſe ſcribit, eoque mortuo funus magnificentiſſimum duxiſſe, ut obſervat Henricus Valeſius ad lib. IV. Euſebii de vita Conſtantini cap. LXX.

Καὶ ὁ μὲν τεθνεὼς) Scribit Henricus Valeſius in Notis ad lib. XVI. Marcellini, in Conſtantini filiorum hiſtoria ſolito diligentiorem fuiſſe Zonaram: quod viri doctiſſimi judicium hic apponendum duxi. N. 5.

Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονία) Partitionem Imperii Conſtantiniani inter illius filios ita proſequitur Scriptor vitæ S. Artemii MS. *Ἄρτι τοῦ* pag. 32. *μεγάλου Κωνσταντίνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς τρεῖς ἀρχὰς ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐξουσία διῃρεῖτο, τῶν υἱῶν αὐτοῦ Κωνσταντίνου, Κωνσταντίου τε καὶ Κώνσταντος ταύτας διελομένων· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ Κωνσταντίνῳ αἱ ἄνω Γαλλίαι καὶ τὰ ἐπέκεινα Ἄλπεων, αἵ τε Βρεττανικαὶ νῆσοι, καὶ ἕως τοῦ ἑσπερίου ὠκεανοῦ κλῆρος ἐδόθησαν· Τῷ δὲ Κώνσταντι, αἱ ὑπὲρ τὰς κάτω Γαλλίας, ἤγουν αἱ Ἰταλίαι, καὶ αὐτὴ ἡ Ῥώμη. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ὁ δεύτερος τῶν Κωνσταντίνου υἱῶν, ὃς ἐπὶ ἐπὶ τῶν τοῦ ἑῴου τότε πραγμάτων πρὸς τοὺς Πέρσας ἀγωνιζόμενος, τὸ τῆς ἀνατολῆς ἀπαλλάζεται μέρος ἐκ τὸ Βυζάντιον μετονομασθὲν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ Νέαν Ῥώμην, ποιήσας βασιλεύειν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι τῆς προποντίδος ὅσα ὑπήκοα Ῥωμαίων, τήν τε Συρίαν καὶ Παλαιστίνην, καὶ Μεσοποταμίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ τὰς νήσους ἁπάσας τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ καὶ πολιτείᾳ ὑποτελεῖ καθίστησι.* Vide Conſtantinum lib. II. de Themat. cap. IX. & alios paſſim Scriptores.

Κοττίας δὲ) De Alpibus Cottiis, & Rege Cottio, illiuſque regno multa habent Simlerus in Comment. de Alpibus, Cluverius lib. I. Italiæ antiq. cap. XII. & XXXII. & alii paſſim.

Τῷ Κωνσταντίῳ δὲ λάχῃ) Eunapius in Ædeſio p. 44. *Διαδεξάμενος δὲ ὁ Κωνστάντιος τὴν βασιλείαν, καὶ κληρωθεὶς ἴσα γε ἐκληρώθη, ταῦτα δὲ ἐπὶ τὰ ἐξ Ἰλλυριῶν εἰς τὴν Νίσιβιν καθήκοντα.*

Καὶ πρὸς τούτοις τὴν Θρᾴκην αὐτῷ τῷ πόλει τῇ πατρικῇ) Erraſſe Victorem, qui Thraciam Conſtanti poſtremo ex Conſtantini filiis obveniſſe ſcribit, pridem obſervatum ab aliis.

Κατὰ Περσῶν) Qui Antiochiam circumſederant & ceperant, ut eſt apud Eunapium in Ædeſio.

Ὁ Σαπώρης) De hac Saporis expeditione, & Niſibi a Perſis obſeſſa, agunt Philoſtorgius l. III. c. XXIV. Ammianus, Chron. Alexandr. p. 672. 674. 676. Theophanes p. 28. 32 & alii paſſim.

Βετρανίων) Ita emendavimus, cum Wulfius hic & infra *Βρεττανίων* edidiſſet: ſic enim tres MSS. Regii præferunt, quomodo etiam habent Zoſimus, Joannes Antiochenus, Chronicon Alexandrinum, nummi veteres, & Scriptores Latini. Eutropius vero *Veteranionem*, Philoſtorgius *Οὐετερανίωνα* vocant: qua ultima nomenclatura quemdam memorat Ammianus ſub eadem fere tempora, qui Zoſimo lib. III. p. 72. *Βρεττανίων* nuncupatur. *Βρεττανίων* habet Codex recentior Zonaræ, ut & Theophanes. *Βρεττανίων* Athanaſius in Epiſt. ad Solit. De hoc vetranione multa congeſſerunt Scaliger ad Euſebium, Gothofredus ad Philoſtorgium, Sautamantius in Comment. hiſt. & alii paſſim.

Τῷ ἐπὶ Κώνσταντι) Res geſtas a Conſtante ſcripſit Euſtochius Cappadox Sophiſta, ut eſt apud Eudociam Auguſtam in Joniis MSS. *ἔγραψε τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν Βασιλέα*, &c. ubi apud Suidam perperam omiſſa vox *τά*.

Σαπώρου) Vide Zoſimum lib. II. ubi & de Hormiſdæ ad Conſtantium fuga, de quo etiam Ammianus lib. XVI. p. 71. Narſei vero mentio eſt apud Eutropium, Theophanem, & alios. De Hormiſda agimus pluribus in Conſtantinopoli.

LIBER XIII. Ἐκ Βαβυλωνίων, δέρματα ἐγχώρια) De pellibus Babylonicis dixi ad Joinvillam Diſſert. 1. p. 130. 134.

Ἠρώτησε τὸν Μαρσύαν) At Zoſimus lib. II. hanc crudelitatis indicem vocem Hormiſdæ videtur tribuere, ſcribens, (& ex eo Suidas in Μαρσύας) cum forte in convivio ſupervenienti ſibi optimates non aſſurrexiſſent, minatum Hormiſdam ſe eis Marſyæ ſupplicium irrogaturum : hujuſque vocis memores proceres, mortuo Narſeo, Saporem in Regnum ſubſtituiſſe, a quo mox Hormiſda in vincula conjectus, poſtea uxoris induſtria liberatus, ad Conſtantinum transfugit.

Ῥίνην) Limam piſci immiſſam, ut eſt apud Zoſimum lib. II. & Suidam: Διὰ τοῦτο ἰχθύος μεγάλου ῥίνην ἐναπεγκώσας.

Edit. Pariſ. pag. 32. N. 6. Ἐν Αὐγουστοδούνῳ τῇ πόλει) Ita editio Wolfiana: at Codd. Regii, ἐν Αὐγουστόδῳ, & Αὐγουστόδῳ præferunt: qua voce *Auguſtodunum* in Heduis innuitur, ubi purpuram induit Magnentius, uti habent Euſebius & Aurelius Victor.

Ἀνέστησεν) Neſcio an ab hoc Conſtante Imperatore ædificatæ fuerint ædes illæ magnificæ Conſtantinopoli, quæ τὰ Κώνστα appellabantur, & quarum meminit Scriptor ineditus vitæ S. Stephani junioris: ἐπὶ δὲ ἔσω εἶναι πρὸ τοῦ τῆς βασιλικῆς δημοσίας λεωφόρου ἐμβόλου, ἐν ᾧ ἵδρυται καὶ ἐπιλέγεται τὸ Σταυρίον, ἐξ οὗ πρὸς τὸ κάτω τὴν μέσην οἰκίαν ἀμυγδάλου οἰκίαν προσαγορευομένην τὰ Κώνστα. Monaſterii τῶν Κώνστα, in Conciliis mentionem fieri obſervamus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. Sect. VI. n. LXVI.

N. 7. Νίσιβιν) Vide Marcellinum lib. XVIII. p. 128. a. Edit. qui ex Zonara illuſtratur.

Πῦρ ἐνίβαλε) Idem Marcellinus: *Subjectis ignibus exuri cunctas juſſerat naves præter minores XII. quas profuturas pangendis pontibus diſpoſuit vehi carpentis.*

Κατεῖδον ἀναδῦναι) Idem Marcellinus atteſtatur *perfugas aperte faſſos ſe fefelliſſe.*

Χιλιάδας κεντηνάρια λέγεται) Κεντηνάριος pro ταγμ hic ponitur, ut alibi ſæpe, ut obſervat W.

Κατέπεμψεν) Al. ἀπέπεμψεν.

N. 8. Σαπώρης) Qui *Saporius* dicitur Lucifero Calaritano lib. I. pro S. Athanaſio: *Ergo quia Saporinus Perſarum Rex nuac contra te gerit prælium,* &c. Conſtantium alloquitur.

Τιμήσας τῇ ἀξίᾳ Καίσαρος) Conſtantii præterea indito nomine, ut ſcribunt Victor, Socrates, Chronicon Alexandrinum, & Theophanes; ſeu *junioris Conſtantii*, uti Ammonius Epiſcopus, qui ea ætate vixit, ut ipſemet teſtatur, in lib. de vita & Converſatione SS. Pachomii & Theodori n. IV.

Ἐν τῷ πολιχνίῳ Ἑλένῃ) In Pyrenæis, in Comitatu Ruſcinonenſi, hodie *Elna*, urbe notiſſima, de qua Scriptores omnes rerum a Conſtantino & filiis geſtarum. Pæanius in Metaphraſi Eutropii lib. 9. *cui Helenæ nomen*, ſic vertit ἐν Ἑλένῃ καλουμένῳ.

Σιλβανός) Chronicon Euſebii: *Silvanus in Gallia res novas molitus viceſimo octavo extinctus eſt die.* De Silvano agunt Victor Schotti, Ammianus l. XV. Hieronym. in Chron. Theophan. &c.

Λέγεται γὰρ μὲν) Euſeb Chron. *Magnentius Murſæ victus, in quo prælio Romanæ vires ceciderunt.*

Τῆς γραός) Id etiam attigit Ammianus lib. XIV. *Accenderat ſuper his incitatum propoſitum ad accendum aliqua mulier vilis, quæ ad Palatium, ut popoſcerat, intromiſſa, inſidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obſcuriſſimis.*

N. 9. Ὁ Γάλλος γὰρ) Totam hanc Galli hiſtoriam ſic perſequitur Scriptor vitæ S. Artemii ineditus: ὁ δὲ Γάλλος τὴν τοῦ Καίσαρος ἀμφιεσάμενος ἁλουργίδα, καὶ ἤδη τῶν πρώτων τῆς βασιλείας ἀψάμενος ἐπιβαίνων βαθμῶν, οὐκ ἔμενεν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ γνώμης καὶ πίστεως τῆς πρὸς Κωνστάντιον ἐγγυθείσης, βασιλικωτέροις τῶν πραγμάτων ἀπτόμενος, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ θράσους καὶ τῆς ἀλαζονείας ἐπιτασσόμενος. Τούς γὰρ ἄρχοντας, οὓς σὺν αὐτῷ ἐπεπόμφει Κωνστάντιος, τῶν βασιλικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ὄντας διοικητάς, τὸν δὲ τῶν Πραιτωρίων Ὕπαρχον Δομετιανὸν (ὁ γὰρ Θαλάσσιος ἐτεθνήκει) καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ Κοιαίστωρος Μόντιον, διὰ τὸ μὴ πειθαρχεῖν αὐτῷ, καὶ ὑπουργεῖν ταῖς παραλόγοις αὐτοῦ καὶ ἀκαθέκτοις ὁρμαῖς, χωρεῖν τοῖς στρατιώταις τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐξάψασθαι παρακελευσάμενος, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς συρῆναι προσέταξε, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἐν ἀξιώμασι διαπρέψαντας, καὶ παντὸς κέρδους καὶ λήμματος ἀφανέντας ἐλευθερίους, ὧν ὁ τῆς πόλεως τηνικαῦτα Ἐπίσκοπος ἔθαψεν, αἰδεσθεὶς τὸ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ὑπερβάλλον. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ἐπειδὴ τάχιστα ἐπύθετο τὸ συμβὰν, μεταπεμψάμενος εἰς ἑαυτὸν ἐσπούδαζε τὸν Γάλλον. Ὁ δὲ εἰδὼς μὲν ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τυγχάνει καλούμενος, ὁρῶν δὲ πάλιν ὡς εἰ μὴ βούλοιτο ὑπακοῦσαι, πόλεμον ἀνάγκη ποιεῖν, ὅπλα πρὸς Κωνστάντιον ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἀράμενον, αἱρεῖται μᾶλλον τὰ τῆς εἰρήνης· καὶ τὴν γυναῖκα προαποστείλας εἰς τὸν Κωνστάντιον ἐξιλεώσασθαι, καὶ αὐτὸς αὐθις αὐτόμολος εἰς τὸν κίνδυνον. Ἡ μὲν οὖν Κωνσταντίνα προτέρα ἐξώρμησε, φροντίζουσα τῷ ἀδελφῷ, καὶ διαλλάξαι τοῦτον ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς προθυμουμένη, τοῦ μή τι εἰς αὐτὸν βουλεύσασθαι ἀνήκεστον. Πολλῇ δὲ τῇ ὁδοιπορίᾳ περὶ τὴν ἀθλητικὴν χρησαμένη, ἐν μέσῳ ἐνόσησε μεταξὺ τοῦ πολίχνιον, ἐκ Βιθυνίας ἐπιβᾶσα, ὃν καθ' ἡμᾶς τινὲς τοῦτον Γαλλικανὰ λεγομένην ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Γάλλος καὶ τοῦτο παρὰ δόξαν αὐτῷ συμβὰν, μεγάλην συμφορὰν ποιησάμενος, ὅμως ᾔει τὸ πρόσω, τῆς δεδογμένης ὁδοῦ ἐξηρτημένος. Ἐπειδὴ εἰς Νωρικὸν ἀφίκετο πόλιν αὐτοῦ Ποταβίωνα καλουμένην, ἐνταῦθα δὴ αὐτῷ Μεδιολάνου καταπέμπεται στρατηγὸς Βαρβατίων, καὶ τὸ Κωνσταντίου τοῦ πάντων κτᾶσθαι τυγχάνοντος, ὃς τὸν Γάλλον ἀφαιρεῖται τὴν ἁλουργίδα, καὶ ἐς ἰδιωτικὴν μετασχηματίσας, ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς τὴν νῆσον τῆς Δαλματίας κατέστησε. Τὸν Γάλλον δὲ εἰς τὴν νῆσον ἀφιγμένον, Εὐσέβιος ὁ Εὐνοῦχος, πρὸς τῷ Πραιποσίτου τότε τιμὴν ἔχων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πείθουσι Κωνστάντιον ὡς τάχιστα Γάλλον παντελῶς ἐκποδὼν. Ὁ δὲ πεισθεὶς πέμπει τοὺς ἀποκτενοῦντας αὐτόν. Καὶ ἤδη τούτων ἀφικνουμένων, πάλιν ὁ Κωνστάντιος εἰς ἔλεον μετεβάλλετο, καὶ πέμπει διὰ ταχέων γράμματα τὸν Γάλλον τῆς σφαγῆς ἀνακαλούμενος· ὁ δὲ Εὐσέβιος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, πείσαντες τὸν πεμφθέντα Μεγαλιανὸν, μὴ πρότερον ἐπιδοῦναι δηλωθέντα τὸ γράμμα πρὶν ἂν ἀνέλοιτο τὸν Γάλλον ἀπηρημένον. Ἐγένετο ταῦτα, καὶ ὁ Γάλλος ἐτεθνήκει· ὁ δὲ Κωνστάντιος περὶ τῆς πραγματείας δείσας μὴ ἄχρι οὗ δέον ἢν μόνος ἀπῳκεῖν εἶναι τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς, ἄλλως τε καὶ τῶν Γαλατῶν ἐξυπανισταμένων καὶ ὁπότε προσημαίνειν τὰς τυραννίδας ἐγχειρημένων, διὰ τὸ σώματος ἴσχυϊ, καὶ ἀκαθέκτων φρονημάτων, μετεμέλετο ἤδη τὸν Γάλλον ὑπεξελὼν, καὶ λογισάμενος τὸ συγγενὲς τὸ ἔθνος καὶ ἀλλογενοῦς ἀσφαλέστερον εἶναι μᾶλλον πρὸς κοινωνίαν τῆς βασιλείας, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου ἐκ τῆς Ἰωνίας μεταπεμψάμενος, ἐν τῷ Μεδιολάνῳ Καίσαρα ἀναδείκνυσι, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ τὴν ἑαυτοῦ Ἑλένην εἰς γάμον ἐκδοὺς, καὶ τὰ πιστὰ πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοῦτον μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Γαλλίας, φυλάξαι τὴν ἐκείνου βασιλείας ὀνόματι.

Δομετιανός) De Domitiano & Montio miſſis ad Gallum Cæſarem, agunt Ammianus lib. XIV. Philoſtorgius lib. III. cap. XXVIII. lib. IV. cap. 1. & alii Scriptores.

Εὐσέβιος τὴν τοῦ Πραιποσίτου διέπων ἀρχὴν) Euſebii Eunuchi, qui ſub Conſtantio Præpoſitus fuit ſacri Cubiculi, cædis Galli Cæſaris auctoris, meminerunt paſſim Scriptores, Ammianus Marcellinus lib. XIV. XV. XVI. XVIII. Sozomenus lib. II. c. 1. lib. V. c. V. Philoſtorgius lib. IV. cap. 1. Palladius in hiſt. Lauſiaca, S. Athanaſius ad Solitar. vitam agent. Julianus, Libanius, &c. Dignitas vero Præpoſiti ſacri cubiculi ſpectavit fere ſemper Eunuchos, uti fuit Euſebius qui Zonaræ infra πρωτεύων τῶν βασιλικῶν ἐκτομιῶν dicitur: ita Rhodanus Ἀρχιευνοῦχος appellatur in Chronico Alexandrino p. 700. ἐκ τὸν Πραιπόσιτον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Ῥοδανὸν ὀνόματι ἄνδρα δυνατὸν καὶ πλούσιον, ὃς διοικοῦντα τὸ παλάτιον, ὡς πρῶτον ὄντα Ἀρχιευνοῦχον. *Præpoſitum Palatii ipſius Rhodanum, virum potentem & divitem, qui Palatium regebat, & Princeps erat Eunuchorum.* Præter Euſebium ſub Conſtantio,

pag. 33.

Digitized by Google

XIII. & Rhodanum ſub Valentiniano, Præpoſiti alii memorantur, Urbicius & Liberius ſub Conſtantino M. apud Codinum de orig. Eutherius ſub Conſtantio, apud Ammianum lib. XVI. & XX. Antiochus Amantius & Chryſaphius, ſub Theodoſio juniore, apud Zonaram, & apud Victorem Tunnenſem, & Macrobius, in L. XX. Cod. Th. de Præpoſ. ſacri Cubic. Heraclius ſub Valentiniano juniore, apud eumdem Victorem, Calligonus ſub eodem Auguſto, apud S. Ambroſ. Ep. XXXIII. Amantius ſub Anaſtaſio Dicoro & Juſtino, apud Marcellinum Comitem, Tunnenſem, Auctorem Chronici Alexandrini, &c. Eutropius ſub Theodoſio M. in l. XVII. Cod. Th. de Pœnis, apud Socratem lib. VI. cap. V. & alios. Et Chryſoretus, in Synodico adverſus tragœdiam Irenæi
Edit. Pariſ. pag. 34. cap. CCIII. Sed de Præpoſiti dignitate multa congeſſit Jacobus Gotofredus ad tit. Codicis Theod. de Præpoſitis ſacri cubic.

N. 10. Εὐσεβίῳ) Huc ſpectant quæ habet Eunapius in Maximo: καὶ ἀφαιρέντος τὸ γένος, (Conſtantini M.) Ιουλιανὸς περιελείφθη μόνος, δι' ἡλικίαν παρορώμενος, καὶ πραότητα· ἐτύγχανε δὲ ὅμως αὐτὸν ἀμφιεσάμενοι βασιλικοί, καὶ παραφυλακαί τινες ἦσαν, ὅπως εἰς Χριστιανοὺς βέβαιος.

Καὶ ἀγαθῇ τύχῃ) Juliani felicitatem prædicat etiam Ammianus p. 293. *Felicitas ita eminuit, ut ipſis quodammodo cervicibus fortunæ aliquamdiu bonæ gubernatricis evectus, victorioſis curſibus difficultates ſuperaret immenſas.*

Ζητουμένου δὲ ἐφαπτόμενος) Ita Marcellinus lib. XX. pag. 160. I. Edit. præter Julian. in Epiſt. ad Athen. & Libanium in Orat. funebri.

Χρύσεον στρεπτὸν) Certe torquis ille aureus, λίθους ἔχων χρυσοδέτους, potuit diadema, quo ejuſce ævi utebantur Auguſti, recte effingere: primus autem, uti ſcribit Zonaras, Conſtantinus Magnus margaritis & lapillis diadema exornavit. Vide Diſſertat. XXIV. ad Joinvillam p. 290.

Ιππους ἐξ Ιβηρίας) Julianus ipſe in hac Epiſtola ad Conſtantium, apud Ammianum l. XX. p. 168. *Equos præbebo curules Hiſpanos, & miſcendos gentilibus atque ſcutariis adoleſcentes lectos quoſdam*, &c. Equos Hiſpanos curules commendant Vegetius lib. IV. artis Veterin. c. VI. Lex I. Cod. Th. de Equis curulib. Symmachus, Claudianus, & alii.

Ἐν Μόψου κρήνῃ) Vide Scaligerum ad Euſeb.

Τῷ μὲν Καίσαρος) Marcellinus lib. XX. pag. 170. de Leona: *utque id facile formido intentatorum efficeret, velut magnis viribus fretus, in locum Florentii Præfectum Prætorio Nebridium, tunc Quæſtorem ejuſdem Cæſaris, promoverat*, &c. Et lib. XXI. initio, de Juliano: *parvi igitur habitis, quæ per Leonam Conſtantius ſcripſerat, nulloque arbitrio ejus promotorum ſuſcepto, præter Nebridium*, &c.

Τοῖς κεφαλαῖς τὸ διάδημα) Id ipſum tradunt Philoſtorgius l. VI. c. VI. & alii quos ad eum laudat Gottofredus.

Μετὰ γραμμάτων) Has minaces litteras antea a Juliano miſſas ſcribit Marcellinus lib. XX. p. 169. I. Edit. tametſi longe probabilior Zonaræ ſententia.

N. 11. Ἐν τούτοις) Hæc paulo intricatiora in verſione immutavimus: ſcripſerat enim Wolfius: *interea & uxor ejus moritur, ſais, ut quidam ajunt, adhuc mater familias ejus, ſive ut alii, jam repudiata. ἐκβεβλημένην, repulſa a Palatio*, interpretatus eſt Henricus Valeſius. Deceſſit vero Helena poſtquam Julianus ab exercitu creatus erat Auguſtus, ut teſtatur ipſe Julianus in Epiſt. ad Athen.

Τοῖς γενεθλίοις τοῦ Σωτῆρος) Ammianus l. XXI. ait Julianum ſolemniter in Eccleſiam progreſſum *feriarum die, quem celebrantes menſe Januario Chriſtiani Epiphania dictitant*. Vide Valeſium ad hunc locum, & utrumque noſtrum Gloſſarium.

Ζῆν ἔτι) Eoſdem verſus recitat etiam Zoſimus, apud quem ita ſecundus legitur: παρθένοις δὲ Κρόνου μοίρῃ βαίνῃ ἐνὶ τέρμασι εἰκοστῇ. LIBER XIII.

Προσέθετο τοῖς Αρειανίζουσι) Hinc Euſebius in Chronico, quibus conſentiunt hiſtorici, *impietatem Arianam, Conſtantii Imperatoris fultam præſidio, carceribus & variis afflictionum modis omnes non ſuæ partis Epiſcopos perſecutam* ſcribit. Hinc etiam creberrimæ Luciferi Calaritani in Conſtantium expoſtulationes.

Παῦλον) Socr. l. II. c. XV. V. Theodorit. l. II. c. V. Sozom. l. III. c. III. Niceph. l. IX. c. XV. Theophan. p. 30. 32. Menæa & Synaxaria ad VI. Novembr.

Μακεδόνιος) Vita MS. S. Pauli Patr. Conſtantinopol. de Macedonio: οὗτος τοίνυν ταῖς τῶν Χριστιανῶν σφαγαῖς ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐχθρὸς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θρόνοις ἐγκαθιδρύεται· καθ' ὃν δὴ καιρὸν καὶ Κωνστάντιος τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐπονομασθεῖσαν αὐτῇ ἡ τοῦ Θεοῦ Σοφία, ποιήσει.

Ανδρέου) De hac tranſlatione Reliquiarum SS. Andreæ & Lucæ agimus in noſtra Conſtan- pag. 35.
tinopoli lib. IV. ſect. V. in cujus quidem S. Andreæ mentionem cum hoc loco inciderimus, operæ pretium videtur monere lectorem in eodem opere, eademque ſectione n. V. perperam ædem S. Andreæ τοῦ Κρίσους, vel ἐν Κρίσει, inter ædes ejuſdem Apoſtoli repoſitam, cum is ſit Andreas, qui ſub Copronymo multa ob cultum ſacrarum Imaginum paſſus a tyranno, in urbe mortuus eſt. Illius vitam deſcripſit Metaphraſtes, feſtum vero agunt Græci XVII. Octobr. Hinc igitur Sancto Andreæ ædem Conſtantinopoli extruxit Theodora Raulæna Protoveſtiaria, ut ibidem monemus. Eſt autem Raulæna gens, a ſui primordio, ex Francis noſtris orta, quod pluribus docuimus in Notis ad Alexiadem Annæam, pag. 239. unde eo lubentius hic deſcribendi videntur Maximi Planudis Monachi, viri inter Græcos recentiores celeberrimi, verſus aliquot in hancce ædem ſcripti, in quibus Theodoræ ſtemma proſequitur, haud ingrato forte Lectori parergo, cum ad Urbis maximæ deſcriptionem, quam nuper dedimus, pertineant. Hos autem eruimus ex Codice Thuanæo, ubi hancce titulum præferunt.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ ΗΡΩΕΛΕΓΕΙΟΙ,

ὃν ἀνήγειρεν αὐτῷ ἡ Πρωτοβεστιαρία.

ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ συ δόμοισιν ἐν οὐρανίοισιν ἀεθλοῖς.

Ψυχῇ νικητάων, Ανδρέα κλεινότατε.
Καὶ τῷ σώματι σὸν ναὸν εἱσαμένη τόνδε
Κάλλεσιν ὡραίοις ἐν χθονὶ λαμπόμενον.
Η πάσαις ἐνὶ θηλυτέρῃσι σοφὴ Θεοδώρα,
Αμφοτέρων τε λόγων κῦδος ἀνεψαμένη·
Ης γενέτης μὲν ἔην Καντακουζηνὸς Ιωάννης
Μήτηρ δ' Εὐλογίη ἀξία εὐλογίης.
Σύγγονος ἔσθ' Παλαιολόγου Μιχαὴλ Βασιλῆος,
Οὗ γόνος Ανδρόνικος πλείστων ἄνακτος ἄναξ.
Κοινωνὸς βιότου δὲ Ῥαοὺλ πέλεν Ιωάννης,
Τιμὴν ὑψηλοῖο Πρωτοβεστιαρίου.
Αὐτὴ χηροσύνην .... ἔτερξεν ἀμείψαντα,
Ετρεφεν ἀλκμαίους Χριστὸν ἐν ὄνείδεσι.
Δόγματα ὀρθοτόμου χαίρει παῖδεν ἄλγεα πολλὰ
Τέρπεται καὶ θλίψεσι σὺν τῇ ἐφημερίᾳ.
Τοῖα τῇ, τιμὴ δὲ, ταῖσι δὴ σοι ἔσσατο ναὸν,
Ανδρέα, ἐξ σὺ χάριν πλείσταν ἀντὶ μέτρου.

Ejuſdem Jambi in eamdem S. Andreæ ædem:

Επιγραφαὶ δηλοῦσι τὰς τῶν πραγμάτων,
Εταῖς, προσώπων, ἐν γραφαῖς παραστάσεις,
Επιγραφῇ δίδαγμα κἀγὼ μανθάνειν,
Τίς καὶ τινῶν τέφυκα ἢ τινὸς τύχης.
Η κλῆσις ἐστὶ μοι τυγχάνει Θεοδώρα,
Καντακουζηνὴ καὶ Παλαιολογίνη.
Κομνηνὴ, Ῥαουλαίνα, πρὸς δὲ τοῖς ὅλοις
Καντακουζηνοῦ θυγάτηρ Ιωάννου,
Κομνηνοφυοῦς Αγγέλων ὡρμημένου,

LIBER XIII.

Οι Ιωαννίκιοι ἐκ μονοτρόπων
Στολὰς ἐκλῆθεν, πάντα συμμεθαρμόσας.
Ην δ' ὄντος αὐτοῦ υἱὸς Ἰωάννου
Edit. Pariſ. pag. 36. Σεβαστοκράτορος τε φυλὰς τ' Ἀγγέλων,
Πορφυρογεννήτου δὲ παῖς Θεοδώρας.
Ην ὄντος αὖθι, ὁ δὲ παῖς Ἀλεξίου,
Τοῦ καὶ μεγάλου Κομνηνοῦ Βασιλέως,
Μήτηρ δέ μοι καύχημα πασῶν μητέρων,
Ην ἡ Κομνηνὴ καὶ Παλαιολογίνα,
Εἰρήνη τις εἰρήνη φερωνύμως,
Ομαιμος ὥσπερ Μιχαὴλ Βασιλέως
Παλαιολόγου τοῦ Κομνηνοῦ γνησία,
Ην Εὐλογίαν ἐκ τοῦ λοιποῦ μονοτρόπων
Μετωνόμασαν, οἷς τις ἐπαινέσας.
Ην δ' ἄρ' ἐκείνου φέρωνυμος ἐγγόνη
Παλαιολόγου Δεσπότου τ' Ἀλεξίου,
Καὶ βασιλίσσης Εἰρήνης τῆς Ἀγγέλων,
Θυγατρὸς Ἀλεξίου τοῦ Βασιλέως.
Καὶ σύζυγός μοι Κομνηνὸς Ἰωάννης
Ῥαοὺλ ὁ Δούκας, Ἄγγελος, Πετραλίφας,
Πρωτοβεστιάριος ἐκ τῆς ἀξίας,
Ἐκεῖθεν ἔλκων πατρόθεν καὶ μητρόθεν
Τὸ τοῦ γένους ῥίζωμα σεμνὸν χρυσέαν,
Οθεν κατάγω καὶ γονεῖς ἐμοὶ γένος.
Ἀδελφιδοῦς δ' ἦν ὄντος υἱὸς τοῦ Δούκα
Ἄνακτος Ἰωάννου, τοῦ ἐκ Βατάτζου.

Jambi alii in idem argumentum.

Ἂν ὡς μεταλλεῖς τοῦ γένους μου τὴν φλέβα
Ἰχνοσκοπεῖν τε ἱστορεῖν γνώμην ἔχῃς,
Οὐ ψηγμάτων εὕρημα λεπτῶν θηράσῃ,
Σχεδὸν δὲ συχνὸν ὀλίγον χρυσηλάτων
Εἰς ταυτὸ συμφύσημα πάμπλατον χέων,
Καὶ χρυσίου δ' ἂν ἀπλοῖς σεμνὸς μάθοις,
Ἄλλων ἀπ' ἀρχῶν συμπλακεῖσαν εἰς μίαν,
Ἐξ ἧς ἱμάσθην τε καὶ τὸ φῶς * εἰσάγον,
Δῶρον Θεοῦ λαχοῦσα τοῦτο μυρίον,
Καὶ Θεοδώρα συγκατωνομασμένη.
Πατρὸς γὰρ εὐμοιροῦσα αὐτόμως φράσω
Καντακουζηνοῦ ἐκ γένους Ἰωάννου
Κομνηνοφυοῦς Ἀγγέλων ὑμνουμένων,
Οι Ἰωαννίκιοι ἐκ μονοτρόπων
Στολὰς ἐκλῆθεν, πάντα συμμεθαρμόσας.
Θυγατριδοῦς δὲ κλεινὸς ἦν Ἰωάννου,
Τοῦ φίλου ἄνακτος ὡς τῆς Ἀγγέλων
Αὐτομένου τε τῶν Σεβαστῶν τὸ κράτος,
Ον αὖ προσάγει πρὸς τὸ * φῶς Θεοδώρα
Ἡ πορφυρανθὴς θυγάτηρ Ἀλεξίου
Κομνηνοάνακτος τοῦ μεγάλου αὐτοῦ δίκη.
Μήτηρ δέ μοι καύχημα πασῶν μητέρων,
Ην ἡ Κομνηνὴ καὶ Παλαιολογίνα
Εἰρηνικῶς τις Εἰρήνη φερωνύμως,
Ομαιμος ὥσπερ Μιχαὴλ Βασιλέως
Παλαιολόγου τοῦ Κομνηνοῦ, πλὴν ὅσον
pag. 37. Μεῖζον ἐκεῖνη κόσμον ὤφθη τῷ κράτει,
Ἡ τῶν ἐκείνου τὸ κράτος τοῦ συγγόνου.
Ταύτην φρονοῦσαν ἐκ τολῆς μονοτρόπου
Ως Εὐλογίαν Ἀλεξίαν Εὐλογίου.
Ἀλεξίου δ' ἦν ἐγγόνη τοῦ Δεσπότου
Παλαιολόγων κατιόντος ἐκ γένους,
Καὶ Βασιλίσσης Εἰρήνης· ὁ δ' αὖ πάλιν
Ηὐθύνετο πατρὸς γνησίως Ἀλεξίου
Σκῆπτρα κρατοῦντος ἐκ γένους τῶν Ἀγγέλων.
Πατρὸς μὲν ὧδε μητρὸς τε ταῦτα μοι κλέος.
Εἰ δ' εὐτροχοῦν χρὴ καὶ τοῦ συζύγου λέγειν,
Κομνηνὸς ὄντος ἦν Ῥαοὺλ Ἰωάννης,
Σίμφωμα Δουκῶν, Ἀγγέλων, Πετραλίφας,
Οι ἀρεταῖς ἄλλοθεν ἆθλον ἄξιον
Πρὸς τοῦ κρατοῦντος Πρωτοβεστιαρίου,
Ἐκεῖθεν ἔλκων πατρόθεν καὶ μητρόθεν
Τὸ τοῦ γένους ῥίζωμα, καὶ πάσαν χαράν,
Οθεν κατάγω καὶ γονεῖς ἐμοὶ γένος.
Ἀδελφιδοῦς δ' ἦν ὄντος υἱὸς τοῦ Δούκα
Ἄνακτος Ἰωάννου, τοῦ καὶ Βατάτζου.

Καλλίνικον μαρτυρα Ἀρτέμιον) Ut tum primum repertæ ſint SS. Andreæ & Lucæ reliquiæ, & in urbem allatæ, ita narrat Scriptor vitæ ejuſdem S. Artemii ineditus: ὡς δὲ ἐν Ολυμπάδι ἐτύγχανε γεγονὼς, (Conſtantius) ἔνθα πόλιν κτίσας Ἀνδρεαῖ ὁ Βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ καταλέλοιπε τῷ τόπῳ προσηγορίαν, ἐπύθετο παρὰ τινος τῶν Ἐπισκόπων ὡς τὰ σώματα τῶν τοῦ Χριστοῦ Ἀποστόλων Ἀνδρέου τε καὶ Λουκᾶ ἐν Ἀχαΐᾳ τεθαμμένα τυγχάνουσιν, Ἀνδρέου μὲν ἐν Πάτραις, Λουκᾶ δὲ ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας. Ως δὲ ἤκουσεν ὁ Βασιλεὺς ταῦτα Κωνστάντιος, ἥσθη τε τῷ λόγῳ, καὶ ἐπὶ μέγα ἐβόησε, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἔφη, Καλέσατέ μοι τὸν φίλον Ἀρτέμιον· τοῦ δὲ ταχέως παραγενομένου, Συγχαίρω σοι, ἔφη, ἀνδρῶν ἁπάντων βελτιστε. Ο δὲ πρὸς αὐτόν. Καὶ εἴη μοι χαίρειν, ὦ Βασιλεῦ, διὰ παντός, καὶ μὴ ποτέ σε τῶν λυπηρῶν τι καταλείψαιτο. Καὶ ὁ Βασιλεύς· Ζητεῖς δέ τι χαριέστερον, ὦ φίλων ἄριστε, τοῦ τῶν σωμάτων τῶν τοῦ Χριστοῦ Ἀποστόλων εὑρέσεως; Καὶ ὁ μέγας Ἀρτέμιος. Τίς καὶ πόθεν, ὦ Δέσποτα, ὁ τοῦτον ἡμῖν τὸν θησαυρὸν φανερώσας τὸν τίμιον; Καὶ ὁ Κωνστάντιος. Ο τῆς Ἀχαΐας, ἔφη, Ἐπίσκοπος, ὁ νῦν ἐφορεύων ἐν Πάτραις· Ἀλλ' ἄπιθι, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὸ τάχος ἐν Κωνσταντινουπόλει μοι ταῦτα ἀνακομισθῆναι ποίησον. Ταῦτα ἀκούσας παρὰ Βασιλέως ὁ μέγας Ἀρτέμιος, τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀποστόλους ὁδὸν ἐπορεύετο, καὶ τούτων ἀνακομισάμενος ἅγια λείψανα· ἃ δὴ καὶ μάλα θαυμασίως ἀνακομισάμενος, ἐν τῷ παρὰ τοῦ Κωνσταντίου ἐκ βάθρων ἐξῳκοδομηθέντι ναῷ, ἐπὶ τῷ τῶν Ἀποστόλων ὀνόματι, παρὰ τῷ τοῦ πατρὸς τάφῳ ταῦτα κατέθετο. καὶ γέρας τι αὐτῷ τῆς λειτουργίας ὁ Βασιλεὺς, δεηθέντων τῶν Ἐπισκόπων, τὴν τῆς Αἰγύπτου παρέσχε ἀρχήν.

LIBER XIII.

Μετρωμανίας) Philoſtorg. lib. IV. cap. VII.

Καὶ λόγοις ὡμιληκότας) Id de Conſtantii eruditione præ cæteris teſtatur Lucifer Calaritanus lib. Moriendum eſſe pro Dei filio p. 329. *Nos ſumus tantum ſacras ſcientes litteras, noſter ſermo eſt communis, contra veſter politus, ornatus, qui etiam dici mereatur diſertus*, &c.

Καὶ οἱ προπέμποντες) Marcellinus lib. XXII. Initio: *Exceptus igitur tertio Iduum Decembrium verecundis Senatus officiis, & popularium conſonis plauſibus, ſtipatuſque armatorum & togatorum agminibus, velut acie ducebatur inſtructa*, &c. N. 12.

Κουρέα) Marcellinus lib. XXII. *Evenerat iiſdem diebus, ut ad demendum Imperatoris capillum tonſor venire præceptus, introiret quidam ambitioſe veſtitus; quo viſo, Julianus obſtupuit; Ego, inquit, non Rationalem juſſi, ſed tonſorem acciri*. pag. 38.
Vide Socratem & Cedrenum.

Αὐτίκα ὡς φρόντιστον ἐξέρρηξε Ἑλληνισμόν) Eunapius in Maximo: Παρῆλθε δὲ Καισαρεῦσι Γαλατίας, οὐχ ἵνα βασιλεύῃ τῶν ἐκείνῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ βασιλείᾳ ἐνδιατρίψῃ, παρὰ δόξαν ἅπασαν ἐκ τῆς τῶν Θεῶν προνοίας ἀνέστησεν, πάντας μὲν λανθάνων ὅτι θεραπεύοι θεούς.

Λέγεται γὰρ) Ex his illuſtratur Eunapius in Maximo: τότε δὲ ὁ μὲν Ἰουλιανὸς τῷ θειοτάτῳ Ἱεροφάντῃ συγγενόμενος, καὶ τῆς ἐκεῖθεν σοφίας ἀρυσάμενος χωρεῖν, ὁ μὲν ὑπὸ τὸν Κωνστάντιον ἀνήγετο σφοδρῶς, ὡς παραβασιλεὺς εἰς τὸν Καίσαρα. Infra: τὸν Ἱεροφάντην μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ σὺν ἐκείνῳ τινὰ μόνοις γνώριμα διαπραξάμενος, ἐπὶ τὴν καθαίρεσιν ἠγέρθη τῆς Κωνσταντίου τυραννίδος. Mox: ὡς δ' οὖν καθεῖλε τὴν τυραννίδα Κωνσταντίου, καὶ τὸν Ἱεροφάντην ἀπέπεμψεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καθάπερ θεὸν τινα. Proinde is eſt Hierophantes, quem vatem & præſtigiatorem vocat Zonaras.

Μαθημάτων μετέχων) Socrat. l. III. c. XI. XIV. Theodorit. l. III. c. VII. Niceph. l. X. c. IV. XXIII. XXIV. XXV.

Ἀναλαμβάνει) Socrat. lib. II. c. XIV.

Οὗτος καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις) Philoſtorgius lib. VII. cap. IX. & XIV. Socrates lib. III. c. XVII. Theodorit. l. III. c. XVII. Sozomen. l. V c. XXI. Nicephor. l. X. c. XXXII. Rufinus l. I. c. XXXVIII. XXXIX. præter Ammianum lib. XXIII. Ambroſium Ep. XXIX. ad Theodoſium, Chryſoſtomum, Gregorium Nazianzenum, &c.

Μάρις) Seu Μαρις, uti ab aliis nuncupatur: id hauſit x Socrate l. III. c. X. Sozomeno l. V. c. IV. & aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Εἰς τὸ τῆς Δάφνης χωρίον) Nummos Conſtantini argenteum unum, æreum alterum, qui *Conſtantinianæ Daphnes* nomina præferunt, quidam

LIBER XIII. ad *Daphnen, amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum*, uti loquitur Ammianus lib. XIX. referri debere putant. Alii contra ad *Daphnen* caſtrum in Mœſia ad ripam Danubii a Conſtantino extructum, & a Juſtiniano reædificatum, ut auctor eſt Procopius lib. IV. de ædif. cap. VII. a quo dicti *baliſtarii Daphnenſes*, & *Conſtantini Daphnenſes*, de quibus Notitia Imperii. Sed de Daphnenſi Palatio & luco, atque adeo Apollinis fano, multa commentatus eſt Jacobus Gotofredus ad. l. II. Cod. Th. de Aquæductu.

Θύτlω ἔλεγον) Ammianus l. XXII. de Juliano: *Victimarius pro Sacricola dicebatur, ad crebritatem hoſtiarum alludentibus multis*. Ita Helpidium Comitem rerum privatarum ſub eodem Juliano eadem de cauſa θύτlω vocatum obſervat Philoſtorgius l. VII. c. X.

Τράγον αὐτὸν ἀπέσκωπτον) Ammianus: *videbatur enim ut Cecrops, homo brevis, humeros extentans anguſtos, & barbam præ ſe ferens hircinam*.

Ἀντιοχικὸς ἢ Μισοπώγων) Ammianus: *Volumen compoſuit invectivum, quod Antiochenſe, vel Miſopogonem appellavit, probra civitatis infenſa mente dinumerans, addenſque veritati complura*.

Ἱερομάρτυρος τὸ Βαβύλα) Philoſtorgius lib. VII. cap. VIII. & XII. Nicephorus l. X. c. XXIX. Theophanes pag. 42. &c.

Ὁ μέγας Ἀρτέμιος) Dux Alexandriæ, cujus rurſum meminit in Conſtante, ut & Chronicon Alexandr. p. 690. Theodoritus l. III. c. XVII. & Niceph. l. X. cap. XI. Illius feſtum agunt Græci XX. Octob. Vide quæ ſupra ex illius vita obſervamus in Conſtantio, & noſtram CP. in ædibus ſacris.

Μανουὴλ, Σαβὲλ, &c.) Vide Menæa & Synaxaria ad XVII. Junii, quo horum Sanctorum feſtum celebrant Græci, & quæ obſervamus in noſtra Conſtantinopoli, ubi de ſacris ædibus.

Edit. Pariſ. pag. 39. Στρατεύσας δὲ) Joannes Malela ex Chronico Eutychiani Cappadocis κατέλαβεν ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς

N. 13. Ἰουλιανὸς μετὰ … Ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ, καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος, καὶ νικήσας, πάντας παρέλαβεν, ἕως τῆς πόλεως Κτησιφῶντος, ἔνθα καὶ ὁ Βασιλεὺς Περσῶν ἐκαθέζετο, ἐκεῖνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Περσαρμενίας.

Ἐν σχήματι αὐτομόλου) Chron. Euſebii: *ubi a quodam ſimulato perfuga ad deſerta perductus, cum fame & ſiti Apoſtata perdidiſſet exercitum, & inconſultius a ſuorum erraret agminibus, ab obvio forte hoſtium equite conto ilia perfoſſus interiit*. Adde Philoſtorgium l. VII. c. XV. Theodor. l. III. c. XX. Sozomen. l. VI. c. I. & Gregor. Nazian. II. στηλιτ.

Καὶ ταῦτα πολλοὺς λεγόντων) Ammianus lib. XXIV. *Parvi habitis vetantium dictis*.

Τοὺς Γάλλους) Huc ſpectant quæ de Gallis Juliano militantibus habet Ammianus lib. XXV. *Id pro multis noſſe ſufficiet, exhortatum eum ſimplici concione militem Gallicanum, pruinis adſuetum & Rheno, peragratis ſpatiis regionum extentis, per tepentem Aſſyriam adusque confinia traxiſſe Medorum*.

Εἴτ' ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ) Ammianus lib. XXV. *Audierant enim ipſi quoque ceſſerantibus transfugis, rumore jactato incerto, Julianum telo cecidiſſe Romano*. Ita etiam Philoſtorg. l. VII. c. XV. Socrat. l. III. c. XVIII. &c.

Εἴτ' ἐκ θειοτέρας δυνάμεως) Tangit hoc loco Zonaras quorumdam Scriptorum, de quibus agimus in ſtemmate Conſtantiniano, ſententiam, Julianum ſcilicet a Sancto Mercurio lancea perfoſſum, tradentium; in quibus præſtat legere Joannem Malelam Antiochenum, a quo hauſit quæ habet Chronicon Alexandrinum. Georgius Hamartolus in Chron. MS. πλανώμενοι ὧδε κἀκεῖ, καὶ σφόδρα ἀθυμοῦντες, ὥσπερ ἐξαίφνης κείμενον τὸν ἀνόσιον· ἐξ ἀφανοῦς γὰρ ἀκόντιον ῥιφθὲν κατ' αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦ βραχίονος εἰς τὴν πλευρὰν διαδραμὸν ἐνεπάγη, ἐξ ἧς πληγῆς τὸν βίον κατέστρεψεν, ἀδήλου τοῦ ἀνελόντος αὐτὸν γενομένου· καὶ τινὲς μὲν τῶν δαιμόνων ἐπὶ-σκήψαντα πληγῆ, οὐδεὶς ἔγνω μέχρι καὶ τῆς σήμερον. ὅμως δὲ εἴτε ἄνθρωπος, εἴτε ἄγγελος τοῦτο δέδρακε, τοῦ θείου νεύματος ὑπηρέτης γέγονεν. LIBER XIII.

Κερδῶντι Ναζωραῖε) Ita Codd. omnes. At Philoſtorgius hæc ad ſolem jactaſſe verba ait.

Προάστειον) Zoſimus lib. III. p. 733. Ἐν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ. Inſcriptionem vero ſepulchri paulo aliter recitat idem Zoſimus:

> Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται,
> Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Εὐφράτου) Ita Codex Regius: alii tres Εὐφρόνου.

Εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν) Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſoph. ἀνεκομίσθη δὲ αὖθις εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐτέθη ἔνθα καὶ Ἰουλιανοῦ ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ μετὰ Ἑλένης τῆς θυγατρὸς τοῦ Κωνσταντίνου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ.

Καὶ μάλιστα τῆς περιεργοτέρας) Ammianus: *Studioſus cognitionum omnium*.

Περὶ δὲ τὴν δίαιταν) Ammianus: *Hoc autem temperantiæ genus creſcebat in majus, juvante parcimonia ciborum & ſomni, quibus domi foriſque tenacius utebatur. Namque in pace victus ejus menſarumque tenuitas erat recte noſcentibus admiranda*, &c. ubi pluribus in Juliani præclaras animi dotes excurrit.

Φρυγίαν) *Aſian* habet hoc loco Joannes Malela Antiochenus ex Eutychiano Cappadoce Chronographo, qui Juliani expeditioni interfuit: cujus verba recitat etiam Chronicon Alexandrinum, ubi tamen pro *Aſia*, Codex editus *Poſin* præfert.

Ἐπὶ ταῖς συχναῖς ὀνομασίαις βουλόμενος) Ammianus lib. XXV. de Juliano: *Vulgi plauſibus lætus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor*, &c.

Βαρρωνιανοῦ) Marcellinus lib. XXV. *Erat enim Varroniani notiſſimi Comitis filius*. N. 14.

Οἱ ἀφαιρούμενοι Ῥωμαίους ποιοῦσιν) Vide Annotata ad Marcellinum lib. XXV. ab Henrico Valeſio p. 309. I. Edit. ubi etiam de Niſibi Perſis reddita, Syriæ propugnaculo. pag. 40.

Τῶν Χριστιανῶν ἱερῶν) Philoſtorg. l. VII. c. V. Socrat. l. III. c. XX. Theodor. l. IV. c. II. Sozom. l. VI. c. III.

Ἀθανάσιος) Socrat. l. III. c. XX. Theodor. l. IV. c. II. Sozomen. l. VI. c. V. vita S. Athanaſii, &c.

Τὸ μνῆμα κοσμήσας) Ammianus l. XXV. p. 305. 306. Socrat. l. III. c. XXII. Philoſtorg. l. VIII. c. I. Theodor. l. IV. c. IV. Sozom. l. IV. c. VI.

Εἰς Δαδάστανα) *Qui locus Bithynos diſtinguit & Galatas*. Ammian. Theodorit. l. IV. c. IV. &c.

Μόνοις δεδοικότων) Similia habet ex veteri Scriptore Suidas. At Chryſoſtomus hom. XV. in Philip. δοκοῦντα θερμαίνεσθαι extinctum tradit.

Ἐν οἰκήματι) Ita Ammianus p. 308. Philoſtorgius l. VIII. c. VIII.

Ἐξ οἴνου καταφορεῖν) Ammianus: *Edax & vino venerique indulgens*.

Ῥοδάνης) Id ipſum pluribus narrat Chronicon Alexandrinum p. 700.

Τῇ Νικαίᾳ) Eunapius in legat. Βαλεντινιανὸς ἀνερρήθη ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας γενόμενος.

Βιρρίαν) Ita MSS. Βερρόνιον in Chron. Alexandr.

Σαλλουστίῳ) Zonaræ conſentit Zoſimus: at Marcellinus lib. XXV. non tunc temporis, ſed poſt Juliani mortem Imperium omnium conſenſu delatum eſſe Saluſtio ſcribit. Vide Valeſium ad eumdem Scriptorem p. 305. & Jacobum Gotofredum ad Cod. Theod. in Proſopogr.

Εὐσεβὴς μὲν) Ammian. *Chriſtianæ legis idem ſtudioſus*.

Ἀγαθόβουλος) Ammian. *Magiſque benevolus*. Erat Jovianus *vaſta proceritate & ardua, adeo ut diu nullum indumentum regium ad menſuram ejus aptum inveniretur*, inquit Ammianus: *incurvus* tamen, ut idem teſtatur.

LIBER XIII. αὐτῷ καὶ Ἥφαιστος συγχωρεῖν, καὶ ὁ Σωτὴρ, καὶ ἡ Παναγία.

Λιβάνιος) Quæ hic de Libanio & Jamblicho narrat Zonaras, habet etiam Cedrenus: ſed vereor ne ea ad Maximum Sophiſtam referri debeant. Scribit enim Eunapius aliquot ex aulicis conjurationem iniiſſe adverſus Valentem, ex neſcio quo vaticinio, cujus interpretationem acceperant ab eodem Maximo, ejuſce artis peritiſſimo, ſtatimque, quod ille prædixerat, conjuratos detecta conſpiratione, morti datos ab Imperatore, abreptum quoque Maximum, & Antiochiam, ubi tum degebat Imperator, tranſmiſſum, ibique a Feſto Præſide jugulatum, ita ut ad Maximi cædem pertineant quæ ſequuntur apud Zonaram: ἰξεῖναι καὶ αὐτοὺς τοὺς τὴν μαντείαν ποιήσαντας. Vide Ammianum lib. xxix.

Ἀλεκτορομαντείαν) Eadem habet Cedrenus. Vide Valeſium ad Ammianum p. 383. & Delriam lib. iv. diſq. magic. quæſt. vii. ſect. iii.

Δυσπαραίτητος ταῖς ὀργαῖς) Ammianus: *Injurioſus alias & iracundus.*

N. 17. Γρατιανὸς) De Gratiano id lubet hoc loco adnotare quod de illo ſcribit Georgius Hamartolus in Chronico MS. Gratianum Imperatorem τοξεύειν τε ἀσκεῖν καὶ ἱππεύειν καλῶς, ὡς λέγειν τινὰς, τὸ Γρατιανοῦ βέλος φρένας ἔχειν. Quo ſpectant iſta Victoris in Epit. *Fuit autem Gratianus litteris haud mediocriter inſtructus: carmen facere, ornate loqui, explicare controverſias Rhetorum more, nihil aliud die noctuque agere, quam ſpiculis meditari, ſummæque voluptatis, divinæque artis credere ferire ſibi deſtinata.*

Τῶν Σκυθῶν δὲ) Sed & ſcribit Eunapius in legat. ad ipſam uſque Conſtantinopolim veniſſe Scythas: ἤδη γὰρ ἐς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατέτρεχον, καὶ τοῖς τείχεσιν ἐνόχλουν περιελαυνόμενοι.

N. 18. Εὐγένιος) Socrat. l. v. c. xxiv. Theodor. l. v. c. xxiv. Sozom. l. vii. c. xxii.

Εἰς Θεσσαλονίκην) Theodorit. lib. v. cap. xvii. Sozom. lib. vii. cap. xxiv. Rufin. l. ii. cap. xviii. Paulinus in vita S. Ambroſ. Theophan. &c.

Edit. Pariſ. pag. 43. Νόμον ἔθετο) L. xiii. Cod. Theod. de Pœnis. L. xx. Cod. Juſt. eod. tit.

Συναγωγὴν) Vide noſtram CP. ubi de Synagoga.

Καὶ ναὸν τὸν ὑπεράγνου) Ædem Deiparæ ſacram, in loco ubi erat Synagoga Judæorum, a Theodoſio juniore, alii a Marciano & Pulcheria ædificatam tradunt: de qua multis egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. iv. ſect. ii. N. ix. ubi obſervavimus ſumma veneratione habitam, tum ob Zonam Deiparæ in ea aſſervatam (unde a noſtris urbem obtinentibus vulgo appellabatur *Eccleſia S. Mariæ de Cinctura*, vel *de Cintura*, ut docemur ex Innocentio III. PP. lib. ii. Epiſt. L. LVIII. LIX. & LXVIII.) tum etiam ob Imaginem Servatoris, quam τὴν Ἀντιφωνητὴν appellabant, & aliam Deiparæ in eam ædem illatam, quam S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſuo itinere Hieroſolymitano, ex ejuſdem Sanctiſſimæ Virginis archetypa imagine ἀχειροποιήτῳ, columnæ templi a SS. Apoſtolis Petro & Joanne, Lyddæ, ſive Dioſpoli, in Palæſtina in honorem ipſius adhuc ſuperſtitis extructi, vivis coloribus divinitus impreſſa, curavit in tabula quadam depingi: quæque circa finem Imperii Leonis Iſauri, cum ab eodem Sancto Germano jam morti vicino, ob perſecutionem Iconomachicam alto mari impoſita eſſet, miraculo prorſus ſtupendo, Conſtantinopoli Romam tranſnatans, pervenit ad Papam Gregorium III. & ſimiliter poſt integros centum annos, ceſſata eadem perſecutione, ſub Imperatrice Theodora, Theophili Imp. vidua, eodem miraculoſo tranſnatationis modo, ultro ac ſponte ſua remigravit Conſtantinopolim, ubi in templo Chalcopratiano collocata, & Ῥωμαία cognominata, ſummam venerationem, & ſolemnem memoriæ reditus ſui celebrationem quotannis die octava Septembris promeruit. LIBER XIII. Hiſtoriam narrat Anonymus MS. Cur autem Ῥωμαία hæc Imago dicatur, docemus in Gloſſ. med. Græcit. in Ῥωμαῖον μαφόριον. Addendum præterea videtur, Synaxaria MSS. obſervare, die Dominico poſt Natalem Domini, celebrari feſtum SS. Joſephi, Deiparæ, Jacobi, & Davidis Prophetæ, eorumque Synaxin ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῷ Ἀποστολείῳ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, ἔνδον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Χαλκοπρατείων.

Τοῖς Ἀντιοχεῦσι) Sozom. l. vii. cap. xxiii. Theodor. l. v. c. xix.

Ἡ δὲ Ἱσπανία) Ita Codd. Regii, etſi manifeſto errore. Nam Hiſpaniæ nomine nulla urbs occurrit, ita ut in eo erraverit Zonaras, quod Hiſpaniam ab Iberia diſtinxerit, cum Theodoſius ex Italica Hiſpaniæ urbe ortus fuerit.

Θεοδόσιον) Georgius Hamartolus in Chronico MS. Θεοδόσιος ἐπὶ τάχει τοῦ τῷ Βασιλεῖ τροπαιοφόρος παραγενόμενος, δεῖν ψήφῳ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα προβάλλεται, Γρατιανοῦ χειροτονοῦντος αὐτὸν, ἐ ... καὶ διαμαίτων ... πορφύραν, ὡς ἀρχαιοτάτους βασιλεῖς· καὶ ἐπειδὴ τοὺς ὤμους αὐτοῦ ὑπὲρ ἄνθρωπον ὑψηλοὺς ὄντας ἀξιόφορον Βασιλέως, χλαμύδας ἐνδύειν οὐκ ἐδύναντο· πάντας γὰρ ὑπερεῖχεν τῷ μεγέθει, πάντων ἰδόντων ἀπὸ τὸ ὕψος μακρὸν ἀπέφηνε. τέλος τὴν Κωνσταντίνου πορφυρίδα κοσμοῦσιν ἐξέλαμψεν, ἐν τετραγώνῳ ἁρμοσάσης αὐτῷ. De Theodoſii vero ſtatura, idem teſtatur Victoris Epitome: *Fuit autem Theodoſius moribus & corpore Trajano ſimilis, quantum ſcripta veterum & picturæ docent: ſic eminens ſtatus, membra eadem, par cæſaries, &c.*

Μάξιμος) De quo ita Sulpitius lib. iii. de vita S. Martini: *Maximus Imperator rempublicam gubernabat, vir omni vita prædicandus, ſi ei vel diadema non legitime, tumultuante milite impoſitum repudiare, vel armis civilibus abſtinere licuiſſet. Sed magnum Imperium nec ſine periculo renui, nec ſine armis potuit teneri.* Vide Socrat. lib. v. cap. xi. Theodor. lib. v. c. xiii. Sozom. l. vii. c. xiii.

Εὐγενίου) An ab hoc Eugenio, vel alio quodam ejuſdem nominis nobili Conſtantinopolitano, appellationem habuerint Porta, & Tractus ejuſdem urbis, diſquiſitum in noſtra Conſtantinopoli lib. i. Section. iv. Num. i. & lib. ii. Sect. xvi. Num. xxxv. Meminit præterea Tractus pag. 44. Eugenii Ptochoprodromus in verſibus politicis Græcobarbaris contra Hegumenum, ex Cod. Reg.

Ἄλλος ὑπᾶ 'ς τὸ Πέραμον, ἄλλος εἰς τ' Εὐγενίου.

Meminit etiam Sguropulus in Hiſt. Concilii Florentini Sect. iv. cap. i.

N. 19. Ἐν τῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ναῷ) Georgius Hamartolus in Chronico MS. ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου Γρηγόριος ὁ Θεολόγος τὴν τοῦ ἐκκλησίας Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος ἀκτίσιον ὄντα μικρὸν, τὰς ὀρθοδόξους ἐδίδαξεν. Ἀναστασίαν δὲ τὸν μέγαν οἶκον ὁ ἱστορῶν φησὶ ὠνομάσθαι, ὅ ἀπὸ τὴν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀνάστασιν, ὅ ἀπὸ τὸ γυναικα ἐγκύμονα, πεσοῦσαν ἄνωθεν τελευτῆσαι· πολλὰς ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων γενομένων ἀρχῆς ἀναστῆναι τὴν τελευτήσασαν. Hujaſce porro ædis meminit præterea auctor MS. vitæ S. Iſaacii Monachi ex Monaſterio Dalmati, ubi de S. Gregorio Theologo: ἐπισυνάγει καὶ ἐπιτείχιζε τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ὅπερ ἀκτίσιον μετὰ ταῦτα ἐν βασιλικαῖς φιλοτιμίαις μεγαλυνθὲν Ἀναστασίαν ὠνόμασαν. Eamdem etiam Ἀνάστασιν interdum appellari ibidem docuimur, qua appellatione donatur ab Innocentio III. PP. lib. xi. Epiſtul. XLVIII. XLIX. L. LI. LII. & LIII. in qua Collegium Canonicorum erat, dum Urbem Franci noſtri obtinebant. Sed de hac æde pluribus egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. iv. Sect. vii. N. iii. quam, ex Scriptoribus ibi laudatis, in majorem amplitudinem inſtauratam a S. Marciano, qui Leone M. imperante vixit, dixeram, priuſquam incidiſſem in vitam MS. ejuſdem Sancti Marciani, ex qua docemur, Sanctum

LIBER XIII. Marcianum S. Anaſtaſiæ ædem ſacram erigere cogitantem, emiſſe domum ampliſſimam in medio urbis foro ſitam a quadam vidua Antiochena, *Niru* appellata, duobus aureorum millibus. At cum illam facti pœniteret, pactum ultro Marcianum diſſolviſſe: tum vero ad ædem olim a Gregorio conditam, & Sanctam Anaſtaſiam ſeu potius Anaſtaſin appellatam, & in Domnini Porticibus ſitam, animum appellentem, eidem ædi aliam S. Anaſtaſiæ Martyri ſacram adjungere decreviſſe: *τὸν μὲν ὄντα ἐκ παλαιοῦ ἐκεῖνον ναὸν ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος καταλιπὼν, ἵν᾽ οὕτω μᾶλλον εἰς θέαν ἅπασι κείμενος, τρανότερον ἡ γλῶττα τὴν τοῦ Θεολόγου προφητείαν ἀνακηρύττῃ· ἄλλον δὲ αὐτῷ ἐπεγείρει μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον, κυκλούμενον στοαῖς ποικίλαις, προπυλαίοις τε ἅμα καὶ ὑπαίθροις περιλαβών*, priorem illam ædem in eadem qua erat forma relinquens, ut cum ita omnibus conſpicua eſſet, *Theologi Prophetiam clarius lingua publicaret, aliam eidem adjunctam exædificavit, ampliſſimam & elegantiſſimam, porticibus variis circumdatam, veſtibulis & atriis univerſum opus comprehendens*: tum quanta intus magnificentia, quantoque ornatu ſtruxerit pluribus deſcribit, ut & Encæniorum pompam & apparatum. Fuit autem iſta Anaſtaſia, quam *φαρμακολύτριαν* vocant, ut ubi docemus. Eadem vita MS. S. Marciani, de eadem S. Anaſtaſia: *ὃ καὶ μάλιστα ἐναργῶς τοῖς συνηθεστέροις ἐν αὐτῷ ἀφυπνωμένη μετὰ τοῦ οἰκείου σχήματος καὶ τὸ εἶδος, οὐκ ὄναρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕπαρ, παῖδας τε καὶ δαίμοσι καὶ νοσήμασι ψυχῆς αἰτία καθίστατο, φαρμακείας τε καὶ ἄλλων κακοῖς φαρμακὸν ἔστιν ἀντοχεὺς ὑπάρχων.* Porro neſcio an ad eumdem S. Marcianum, & ejus ædem ſacram pertineant Maximi Planudis Jambi, hoc titulo: *εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Μαρκιανοῦ καὶ Μαρτυρίου*, quos hic apponam, quia needum editi.

> Τολμᾷς καθέλκειν ἐκ Θεὸν θρόνου σέβας,
> Σαυτῷ λαλοῦσι κτίσματος φύσιν σέβων,
> Οὐ κτίσμα τουτὸν καὶ Θεὸς μὲν τὸ τέλος,
> Ἔξω φρενῶν πέσοι τις ὡς εἶναι τύπον,
> Μεμαρτυρήσθω σου τὸ δουλεύειν μόρον.

Jambi alii ejuſdem:

> Κακοὺς Ἀρείου παντὰ τεφρώσαντες,
> Ἀνδρεῖοι φανέντες πλήρεις αἵματος τῶν ξίφος,
> Καλοὺς Θεοῦ πράκτορας ἐπὶ ὑμᾶς εἰς δόμους,
> Καὶ γὰρ Θεοῦ μὲν οἶκος ὑμᾶς ἀμφίπει,
> Τοῖς δ᾽ οἶκος ᾅδου καὶ τὸ μυχαῖον σκότος.

Edit. Pariſ. pag. 45.

Δεύτερα Σεωδοσίῳ) Socrat. l. v. c. viii. Sozom. l. vii. c. vii. viii. &c. Chron. Alex. pagin. 706.

Γρηγόριον) Socrat. l. v. c. vii. Sozom. l. vii. c. v. Niceph. l. xii. c. vii. Theoph. &c. Ut porro Gregorius Theologus a Græcis effingatur, docent Menæa & Synaxaria ad xxv. Januarii.

Τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐξήλασαν) Ita ædem Sophianam indigitat, ut Nicephorus Conſtantinopolit. in Breviario ſub fin. *προσόδου κατὰ τὴν εἴσοδον ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν γενομένης, ὑπήντησε ἐπαίνους.* Vide Gloſſ. med. Græcit. in Καθολικὴ.

Νεκτάριον) Socrat. l. v. c. vi. Sozom. l. vii. c. vii.

Τοῦτο ὁ θρόνος) Vide Allatium de conſenſ. utriuſque Eccl. Morinum, Marcam, & al. paſſim.

Ἀμφιλόχιον) Theodorit. l. v. c. xvi. Socrat. l. vii. c. vi. Niceph. l. xii. c. viii. ix.

Ἀρσένιον) Cedren. pag. 327. 328. De Arſenii ſanctitate agunt non ſemel Scriptores Eccleſiaſtici.

Ἐν Μεδιολάνῳ) Illius corpus relatum Conſtantinopolim ab Arcadio filio. Chronicon MS ab Adamo ad Leonem Philoſophum: *τὸ σῶμα αὐτοῦ Ἀρκάδιος ἐν τῇ πόλει ἀνεκομίσατο, κατατέθεικεν ἐν τῷ ἡρῴῳ, ὅπερ ὁ ἅγιος ὁ Κωνσταντῖνος κατεσκεύασεν εἰς ταφήν.* Vide Chronicon Alexandr. an. I. Arcadii, Cedrenum, &c.

Ἀρκαδιάνων) Theophanes an. ix. Arcad. Cedren. p. 324. LIBER XIII. N. 20.

Ἐν τῷ Ξηρολόφῳ) Ita Scriptores Byzantini, præterea Chronicon MS. Georgii Hamartoli, de Arcadio: *ὃς τὸν κίονα τοῦ Ξηρολόφου ἔστησεν ἑαυτῷ, τὸν ἑαυτοῦ ἀνδριάντα ἀνθέμενος.* Vide noſtram Conſtantinopolim lib. II.

Πολίχνιον δὲ τοῦτο) Ad Pontum Euxinum urbs ſita. Socrat. l. vi. c. xix.

Καὶ ἄθλιον) Sed & hæc addunt Synaxaria ad XIII. Novembr. de Eudoxiæ tumulo: *φασὶ δὲ ὅτι μετὰ τὴν αὐτῆς τελευτὴν, πρὸς ἔλεγχον τῆς εἰς τὸν Χρυσόστομον ἀδικίας, ἡ λάρναξ ἔνθα κατετέθη, ἐκινεῖτο ἐπὶ χρόνοις τριάκοντα καὶ δύο· ἐν δὲ τῷ ἀνακομισθῆναι τὸ τοῦ Χρυσοστόμου τίμιον λείψανον, καὶ ἀποτεθῆναι ἔνθα νῦν ἐστὶ, τὸ κλόνον καὶ τὸν κίνησιν ἔστη.*

Ἀρσάκιον) Socrat. l. vi. c. xvii. Sozom. lib. viii. c. xxiii. xxvii. Niceph. lib. xiii. cap. xii.

Ἀττικὸν) Cujus feſtum colunt Græci viii. Januarii, ut eſt in Menæis.

Θερμαντίαν) Ita tres MSS. Reg. *Thermantia* vero vulgo appellatur. Vide Familias Aug. Byzant.

Ῥάβενναν) Hinc Claudianus in vi. Conſulatum Honorii, Romam querentem inducit:

> ———*Quonam uſque tenebit*
> *Prælatas mea vota Ligur.*

Agere autem cœpit potiſſimum Ravennæ Honorius Theodoſio I. & Rumorido Coſſ. anno Chr. CDIII. ut ex illius Conſtitutionibus colligitur.

Πρὸς Ἀλάριχον) Vide Eunapium in Maximo p. 92. præter alios Scriptores.

Πλακιδίαν) Placidia poſt Conſtantii conjugis obitum Romam ad fratrem Honorium ſe contulit, a quo ob aliquas ſimultates remiſſa eſt Conſtantinopolim, & a Theodoſio juniore excepta, in ea urbe reliquum vitæ exegit, conditis ab ea duabus Domibus Auguſtis, ſeu Palatiis, quorum alterum in prima urbis regione extitit, de quo egimus in Conſtantinopoli Chriſt. lib. II. Sect. v. N. iv. & Sect. vi. N. I. alterum in decima, cujus ſitum ita deſcribit Synesius in Epiſt. LXI. hiſce verbis: *οἰκεῖ παρὰ τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, οὐ τὴν δημοσίαν, ἀλλὰ τὴν κατόπιν αὐτῆς, ἣ τοῦ Ἀβλαβίου μὲν πρότερον ἦν, νῦν δὲ Πλακιδίας ἐστὶ τῆς τοῖν βασιλέοιν ἀδελφῆς.* Incertum utrum horum palatiorum intelligat Vigilius PP. in Epiſt. v. *Hæc dicendo, in noſtro obſequio, & in Eccleſia publice, & in Placidas officium Diaconatus implebas.* Idem in ſententia excommunicationis in Theodorum: *deinde in domo Placidiana*, &c. pag. 46.

Ἰωάννην) De quo Olympiodorus apud Photium p. 196. Socrates l. vii. c. xxiii. Proſper, Idatius, Marcellinus, Procopius lib. iii. Vandalic. Greg. Turon. lib. II. Hiſt. cap. viii. & alii.

Ἰσδιγέρδην) Ita Theophanes p. 69. Iſdigerdæ meminere Scriptores Eccleſiaſtici, Socrates l. vii. c. viii. Theodorit. l. v. c. xxxviii. Evagrius l. vi. c. xix. Niceph. l. xiv. c. I. Agath. l. iv. idem Theophan. p. 70.

Ἀντίοχον) Qui non alius videtur ab illo Antiocho, quem Synesius Epiſt. cx. *τὸ ἱερὸν ἀνδράριον, τὸ βέλτιστον μὲν ταῖς γνώμαις, ὑποδεέστατον δὲ τὴν ὄψιν*, fuiſſe ait: cujuſque fuit Palatium, quod de ejus nomine Antiochi appellatum eſt, ut docuimus in noſtra Conſtantinopoli lib. II. Sect. xvi. N. v. de quo etiam intelligendus Codex MS. ex Bibliotheca Reg. ſign. MCCLXI. hoc titulo *Συμεὼν Πρωτοβεστιαρχου τοῦ Ἀντιόχου*, qui quidem eſt Symeonis Sethi liber de Alimentis. Vide præterea Codinum in Orig. Conſtantinopol. N. ci.

Λεοντίου) Ipſa Eudocia de ſe in Metaphraſi Octateuchi, apud Photium:

Εὐδοκίη βασίλεια Λεοντίου ἐκγεγαυῖα.

LIBER XIII. Vide Stemmata Byzantina.

Ἀποσχολάζεται) Anno Theodoſii v. Theophan. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἀντίοχος ὁ Πέρσης ἐκ τοῦ ἀνθρώπων γέγονε, καὶ ἡ μακαριωτάτη Πουλχερία τελείως τῆς πραγμάτων ἐκράτησε. Ubi ἐκ τῶν ἀνθρώπων γέγονε, non eſt, *e vivis exceſſit*, ut vertit Interpres, ſed *poteſtate & rerum adminiſtratione excidit*. Nam anno demum xxxvi. Antiochus bonis publicatis Clericus eſſe juſſus eſt, ut habet idem Theophanes.

Οὐαλέριον) Valerium Magiſtrum officiorum habent Leges aliquot Theodoſii junioris ſub an. ccccxxxv. in C. Th. l. ult. de Princip. agen. & ult. de metatis. Valerium Comitem rerum privatarum & Comitem Sacrarum largitionum ſub an. ccccxxv. & ccccxxvi. memorat idem Codex Theodoſianus. Vide Chron. Alexandr. p. 722. 724.

N. 22. Ἰουδαῖοι) Socrat. lib. vii. cap. xv. Theophanes an. 11. Theodoſii jun. Attici vero Patr. Conſtantinopol. memoriam agunt Græci viii. Januarii.

Δεσπύχιοι Socrat. lib. vii. cap. xxv.

Ὠριγενιαστὰς) Socrat. lib. vi. Synodus ad Quercum apud Photium n. lix.

Σισίννιος) Socrat. lib. vii. cap. xxvi. xxviii. xxix.

Οὐίαν) Vide Cujacium lib. viii. Obſerv. cap. xxvii.

Πρόκλος) Πρόκλος ἐχειροτονήθη Πατριάρχης ΚΠ. καὶ ἐνθρονίζεται κατ' αὐτὴν τὴν ἁγίαν τῆς σωτηρίου πάθους τὴν μεγάλην πέμπτην. Synaxaria in S. Proclo xxiv Octobr. die illius feſto. Adde Socratem lib. vii. cap. xxviii.

Σχολάζων) Ut σχολάζουσαν Eccleſiam, quoties viduata erat, vel illius titulus a nullo poſſidebatur, ita Epiſcopos qui a Paganis vel ab hæreticis ſede ſua pulſi extra ſuam Eccleſiam agebant, σχολάζοντας vocabant. Ἐπίσκοποι σχολάζομενοι, in Syn. Antioch. Can. xvi. *Epiſcopi vagantes qui parochias non habent*, in Concilio Vaſenſi an. dcclv. Can. xiii.

Τοῦ Χρυσοστόμου) Hiſtoriam translationis reliquiarum S. Joannis Chryſoſtomi attigere paſſim Scriptores, Socrates lib. vii. cap. xlv. Marcellinus Comes, Chronicon Alexandr. Theophanes, Cedrenus, Porphyrogenitus lib. ii. de Themat. cap. 21. Menæa, & Menolog. Baſilii xxvi. Januar.

Κύρῳ τῷ Ἐπάρχῳ) Vide Conſtantinopolim Chriſt. ubi de muris Theodoſianis.

Edit. Pariſ. pag. 47. N. 23. Χρυσαφίῳ) Cujus tum, ut cæterorum Eunuchorum, magna erat auctoritas. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſoph. in Arcadio: πάσης παιδείας μετεχόν καὶ ἀστρονομίας, ἐπειδὰν τι καὶ τοξεύειν ἀσκηθείς τοῦ μετρίου πέρα, μηδ' ἔχων ἂν τὸν πρῶτον, ἓ εἰς ἄγραν ἐπιτήδειος, κάκτα ἐπὶ ταῦτα καὶ πολλοὶ τῆς κοινῆς · ἐξενεγκεῖν πρὸς τοὺς ἐνοίχους προσιόντα αἰδῶ, οἱ τινες εἶσιν Εὐτρόπιος, Ἀντίοχος, ἓ Καλοπόδιος, ἓ πρὸς τούτοις Χρυσάφιος, αὐτὸν κατεδουλώσαντο. Neſcio an idem qui Chryſoretis nomine indigitatur in Synodico adverſus tragœdiam Irenæi, ubi ejus in Palatio potentia prædicatur, & Eccleſiam fortiter oppugnaſſe perinde ſcribitur.

Μετήλλαξε τὴν ζωὴν) Evagrius, Marcellinus Comes, &c. S. Flaviani Patr. Conſtantinopol. feſtum agunt Græci xvi. Febr. ut eſt in Menæis.

Ἀνατολίου) Cujus memoriam agunt Græci iii. Julii. Menæa.

Ἐν τῷ Ἑβδόμῳ) Ita etiam Nicephor. Call. lib. xiv. cap. xlvii.

Καταλυθείσης) Marcellinus Comes, Victor Tununenſis, Chronicon Alexandr. Theophan. an. xlii. Theodoſii, & 1. Marciani.

Τῷ Παυλίνῳ) Hiſtoriam narrant Chronicon Alexandr. Theophanes, Georgius Hamartolus in Chronico MS. Cedrenus, & xlii. Marcellinus Comes: *Paulinus Magiſter officiorum in Cæſarea Cappadociæ, jubente Theodoſio principe, interemptus eſt*. Eadem dignitate donatur in Codice Theod. in l. ult. de Agentib.

Εἰς Ἱεροσόλυμα) Socrat. l. vii. c. xlvi. Sozom. l. ix. c. xvii. Evagr. l. i. c. xxi. Theophan. p. 88. 94. & alii. LIBER XIII.

Οἷα δὲ περὶ λόγους) De Eudociæ Auguſtæ eruditione audiendus in primis Joannes Tzetzes Chil. x. cap. cccvi.

Ὡς τις καὶ ἡ Βασίλισσα ἐκείνη Εὐδοκία,
Ἡ τοῦ μεγάλου Λέοντος ἡ πανσοφωτάτη θυγάτηρ,
Γραμματικοῖς μαθήμασιν εἴδει Τζετζεχίου,
Ποσὶ καὶ τοῦ Ὠρίωνος μικροῦ ἀκροωμένη,
Ῥητορικοῖς ἑτέροις δὲ καὶ φιλοσόφοις ἄλλοις,
Ταῖς μεταφράσεσιν αὐταῖς ταῖς δι' ἐπῶν, εἰρήκει.

Ὁμηρόκεντρα) Homericos Centones Eudociæ adſcribit Zonaras, quos Pelagio viro Patricio, qui a Zenone Imperatore anno xvii. ſublatus eſt, Cedrenus: qui proinde alius fuit ab illo Patricio, a quo cœptum opus ait Zonaras: ſiquidem is Eudociam præceſſit. Catalogus Bibliothecæ Palatinæ n. cccxxvi. Patricium Presbyterum Homericorum Centonum auctorem facit, annotatque in Codice MS. præponi Epigramma Eudociæ in eoſdem Centones. Eidem Patricio præterea adſcribuntur Cod. cccLxxxiii. Ejuſdem etiam Eudociæ ſunt Metaphraſes metricæ Octateuchi & Prophetiarum Zachariæ & Davidis, quarum artem & venuſtatem multis commendat Photius Codd. cLxxxiii. & cLxxxiv. Cæterum perperam Homerici Centones Eudoxiæ, Zoes ſorori, Conſtantini Imp. Baſilii Bulgaroctoni fratris, filiæ, adſcribuntur in Cod. Colberteo, hoc lemmate: Εὐδοξίας τῆς ἀδελφῆς τῆς κυρᾶς Ζωῆς Ὁμηρόκεντρα. Nam quam Scriptores Byzantini Eudociam, Joannes Euchaitorum Metropolitanus Eudoxiam vocat p. 41.

Ἐν τοῖς χρόνοις δὲ) Hanc Hiſtoriam attigere præter Zonaram, Theophanes, Acacius Patr. Conſtantinopol. in Epiſt. ad Petrum Cnaphæum, Aſclepiades Epiſcopus Trallium in Epiſt. ad eumdem Cnapheum, Felix Papa, Joannes Damaſcenus lib. iii. de Fide, Alexander Monachus in laudatione S. Barnabæ Apoſtoli, Quintianus Epiſcopus Arculllanarum in Epiſt. ad Petrum Alexandrinum, & Juſtinianus Epiſcopus Siciliæ in Epiſtola ad eumdem Petrum, quorum verba exſcripſit Leo Allatius in Diſſert. de Liturgia S. Jacobi N. xvii. Vide Gloſſ. med. Græcit. in Τρισάγιον.

Ἦν δὲ ὁ Μαρκιανὸς) Evagrius l. ii. c. 1. Theophanes, Cedrenus, & alii. N. 24.

Αὐτὸς ὁρᾷ) Simile quiddam de Baſilio Macedone narrat Porphyrogenitus nepos in illius vita n. v. Edit. Combefiſii, & ex eo Zonaras. pag. 48.

Διακοσίους χρυσίνους) Alii Codd. Τριακοσίους.

Τὸν Ἰλλυρίων) Theophan. Τῷ δὲ Ἰουλίῳ τοῦ τῆς Λιβύης ἐνεχείρισεν ἀρχήν.

Περὶ πάντας χρηστὸς) Alii Codd. παρὰ πάντας, *bonitate omnes ſuperans*.

Ναὸν τῆς Θεοτόκου) Teſtatur Nicetas Byzantius in libro pro Concilio Chalcedonenſi, complures alias Eccleſias Conſtantinopoli extructas fuiſſe in honorem Deiparæ a Pulcheria Auguſta, inditis a locis in quibus ædificatæ erant nominibus: τοσοῦτον γὰρ πόθον τῇ πόλει ἡ Πουλχερία πρὸς τὴν πανάγνον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν, μητέρα τε τοῦ Χριστοῦ ταύτην ποιοῦσ' ἀποκαλοῦσα, καὶ Θεοτόκον, καὶ μετὰ πίστεως πολλῆς ταύτην σεβομένη, ὡς καὶ ναοὺς κατ' ἐξαίρετον ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἐν ὀνόματι τῆς Θεομήτορος μεγίστους καὶ περικαλλεῖς, καὶ κατηγλαϊσμένους δείμασθαι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν τόπων ἑκάστω, ἐν οἷς ᾠκοδόμηντο λαβόντα, δι' αὐτῶν τὸ θερμὸν τῆς πίστεως αὐτοῖς τῆς πρὸς τὴν πανάγνον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν τέλεον ἐνδεικνυμένη. In his recenſet Theodorus Lector Eccl. i. Blachernensem, Chalcopratianam & Hodegorum: in Blachernea, extitit Deiparæ Imago ſummo cultu a Conſtantinopolitanis habita, quam ſic deſcribit auctor MS. vitæ Sancti Stephani junioris: προσέπεσεν ἱσταμένης τοῦ ταύτης ἁγίου χαρακτῆρος ἐν ᾧ ἐκτυποῦται ἐν ταῖς ἀγκάλαις τὸν Ἰησοῦν καὶ Θεὸν φέρουσα, πρὸς τὴν κοινὴν τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ ἐπίκουρον. Vide quæ de hac æde & Imagine obſervamus in

LIBER XIV. Conſtantinopoli lib. IV. ſect. II. n. IV. Neque procul ab æde Blachernarum extitit Domus ejuſdem Pulcheriæ Auguſtæ : binæ vero fuere, altera in III. Regione, altera in XI. quæ proxima fuit XIV. ubi extitere Blachernæ, quod teſtatur Menologium Baſilii IX. Maii, ubi ſcribitur S. Heliæ Prophetæ reliquias tranſlatas fuiſſe in ædem S. Laurentii ἐν Πουλχεριανοῖς. Nam a Domo Pulcheriæ Auguſtæ hic urbis tractus hoc appellationem ſortitus eſt : ὅτε μὲν δὲ μετακομιδὴν (τοῦ ἁγίου Ἠλιοῦ λείψανον) ἐν Κ/Πόλει πλησίον Βλαχερνῶν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λαυρεντίου.

Ναὸν τῆς Μάρτυρος Εὐφημίας) Cujus deſcriptio extat apud Evagrium lib. II. cap. III.

Ἐξάρχων δὲ τούτων) Sanctorum Patrum DCXXX. qui Chalchedonenſi Concilio interfuere memoriam agunt Græci XVI. Junii, ut eſt in Menæis. Cujus quidem originem licet forte adſcribere acclamationibus in Concilio Conſtantinopol. ſub Mena act. V. ubi inter alia : τὴν σύνοδον τῆς Συνόδου Καλχηδόνος ἄρτι κήρυξον, ἵνα αἰσχυνθῶσιν μὴ κηρύξῃ, ἕως δὲ οὐδὲ ἐξιέναι · τὴν σύνοδον εἰς τὴν ἁγίαν κήρυξον, τὴν μνήμην τῶν πατέρων αὔριον κήρυξον, τῶν ἐν Καλχηδόνι πατέρων αὔριον κήρυξον, ... κηρύξον, αὔριον ἐπιτελείσθω. Et infra : καὶ προσφωνήσαν ὁ μακάριος καὶ ἁγιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος ἡμῶν καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης Ἰωάννης εἶπεν · Ἐπειδὴ σύνοδον μνήσατο τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Καλχηδόνι ἐπιτελεσθῆναι, γινώσκοντας γνῶσιν, ὅτι καὶ τοῦτο ποιοῦμεν, γνώμῃ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν Βασιλέως. Deinde proclamatur in craſtinum diem a Samuele Diacono.

Προτέρων) Evagr. l. II. c. V. Theophan. p. 94. Anaſtaſ. Bibl. in Simplicio PP. Leontius de ſectis, &c.

Τὸ θαῦμα) Iſtius miraculi memoriam agunt Menæa II. Julii. Vide eadem ſub II. Junii, & quæ obſervamus de æde S. Euphemiæ, in Conſtantinopoli.

Γιζέριχος) Qui *Geiſericus* Euſebio in Chronico, *Genſericus* cæteris Scriptoribus.

NOTÆ IN LIBRUM XIV.

N. 1. O Ἄσπαρ) Vide Marcellinum Comit. an. XV. Leonis, & Procop. lib. I. de bello Vand. c. VI. ubi de Aſparis Arianiſmo.

Ἀπὸ πατρικίου) Ita tres MSS. Regii, quartus habet αὐτὸν πατρίκιον. Verum legendum Πατρίκιον, abſque ἀπὸ, vel αὐτόν. Quippe Patricius, ſeu Patriciolus, Aſparis filius, & Ardaburii frater, cum

Edit. Pariſ. pag. 49.

Cæſar a Leone dictus eſt, deſponſa eidem filia, ut auctor eſt Marcellinus Comes, qui Patriciam, ſeu Patriciolum, Aſparis filium, Ardaburii fratrem, *Cæſarem generumque Leonis Principis appellatum fuiſſe* ſcribit. Ita etiam Victor Tununenſis. At Metaphraſtes, ſeu quivis alius in vita MS. S. Melanæ Virginis, Leonis filiam Aſparis filio pactam cum Cæſarea dignitate tradit ; ſed paulo poſt interfecto Ardaburio, dirempta fuiſſe nuptiarum pacta. Aſparis familiam perſtrinximus in Familiis Byzantinis, in Leone M.

Λεοντίου) Hiſtoriam narrant Chronicon Alexandr. Theophanes & Cedrenus an. X. Leonis.

Ἐμπρησμὸν) De hoc incendio anno XII. Leonis agit Evagrius l. II. c. XIII. præterea Scriptores omnes. Illius memoriam agunt Græci I. Septemb. De ædibus vero eo conſumptis, hic memoratis, dicimus in Conſtantinopoli Chriſtiana.

Ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ) Ab æde S. Thomæ Apoſtoli, quam Amantii vocat Theophanes, de qua copioſe egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. Sect. V. N. XXXIV. ad cujus Encænia neſcio an referri debeant hæc verba Scholiaſtæ Baſilicon ad lib. XIII. pag. 80 ἰδοὺ ὅτι γὰρ καὶ ἡμερομηνίαι τινὲς τιμητικὴ γενομένη προσφέρουσι περὶ ἐνδείξιν, ὅπερ ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ ἁγίου Θωμᾶ ποιοῦσιν οἱ ζυγοστάται.

Τόν τε ἐν τῷ Σενάτῳ καλουμένῳ μέγιστον οἶκον, &c.) Senatum appellant Scriptores Byzantini ædem in quam Senatus conveniebat, in qua varia erant ædificia, atque in primis Baſilica, ſeu Regia Porticus, de qua, ut de Senatu, copioſe egimus in Conſtantinopoli Chriſt. lib. II. Sect. IX. N. I. Atque hanc quidem Regiam Baſilicam, quam μέγιστον οἶκον vocat Zonaras, pro foro ipſo uſurpat Juſtinianus in Novella LXXXII. cap. III. Καθεδοῦνται δὲ οἱ δικασταὶ δίκαιοι ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, ἐν οἷς καὶ νῦν οἰκίσκοις δικάζουσιν, &c. *Sedebunt autem hi pedanei judices conſtituti, & nunc in Regia Baſilica, in quibus & nunc domunculis judicant*, &c. Verba ſunt veteris Interpretis, qui Porticum Regiam, *Regiam Baſilicam* vertit. Ubi præterea obſervare eſt in Baſilica Conſtantinopolitana varias fuiſſe ædiculas, in quibus judices conſidebant, ut hodie in Foris Parlamentariis plures ſunt, uti vocantur, *Cameræ*, ſeu Judicum conſeſſus. Sed & Syneſius in Epiſt. LVII. τὴν τοῦ βασιλέως τὸ πάλαι κρατήριον fuiſſe ait, urbis ſcilicet Pentapolitanæ. Neque aliter Scriptor ineditus vitæ S. Samonæ & Sociorum : Νυκτὸς οὔσης, πολλὴ ἀλαμπηδόνων οὐδαῖς αἴτιον ὁ ἡγεμών, λαμπάδας τε καὶ δορυφόρους πάντας προάγων, καὶ τὴν Βασιλικὴν λεγομένην καταλαβὼν, ἔχοντι αὐτῷ τὸ δικαστήριον συγκαθεζόμενος, ἐπὶ τοῦ βήματος ... προκαθίζεται.

Νυμφαῖον) Euſtatius Il. III. νυμφεῖον, παραστικῷ λόγῳ, ὁ τόπος ἐν ᾧ αἱ νυμφαι. Vide noſtram Conſtantinopolim lib. I. Sect. XXVI.

Ἐν Ἀντιοχείᾳ) Accidit hic terræ motus Antiochiæ an. I. Leon. juxta Evagrium lib. II cap. XII. Theophanem, & al. Tradit Marcellinus Comes Iſaacum Antiochenæ Eccleſiæ Presbyterum ſcripſiſſe elegiacum hanc *Antiochiæ ruinam*.

Σποδίῳ) Vide quæ de hoc pulvere annotamus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. Sect. V. N. II.

Κατὰ τὸν ἅγιον Μάμαντα) Vide Chron. Alexandr. an. XII. Leon. De Palatio S. Mamantis egimus in Conſtantinopoli lib. IV. Sect. XII. N. III. Illius præterea meminit auctor MS. vitæ S. Andreæ in Criſi : Καὶ δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν τοῖς τοῦ μάρτυρος Μάμαντος λεγομένοις βασιλείοις.

Θεοτόκου ἐσθῆς) Chronicon MS. Georgii Hamartoli in Leone M. καὶ τῆς Θεοτόκου ἡ ἐσθὴς εὑρεθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις παρά τινι Ἑβραΐδι γυναικὶ παρθένῳ, ἱερῶς διαφυλαχθεῖσα, ἐν Κωνσταντινουπόλει μετακομισθεῖσα ἐν Βλαχέρναις ἀπετέθη, καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, ἔνθα ὁ Βασιλεὺς ναὸν οἰκοδομήσας τῆς Θεομήτορος, καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας, κατέθετο ταύτην · ἣ τις ἐξ ἐρίων ἀδιάφθορος ἐξυφασμένη, ἥ τε σήμερον ὁμοειδὴς ἢ ὁμόχροος ἀδιάφθορος ἐστὶ ἢ ἀδιάλυτος, μέχρι νῦν τὸ θαῦμα τῆς Θεομήτορος κηρύττουσα. Multa alia in hanc rem annotamus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana lib. IV. Sect. I. N. VI. & in Notis ad Alexiadem Annæ, ubi veſtium Deiparæ hiſtoriam fuſius deſcribimus : quibus dumtaxat addere placet quæ habentur in Cod. Reg. MM. DCC. LIV. fol. 22. περὶ τῆς ἱστορίας τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου · ἰστέον ὅτι κατὰ τὸν ἱστορικὸν Ἀφροδισιανὸν, τοῖς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τὸ εἶδος ἦν σεμνὸν, ὀλιγόλαλος, ταχυπήκοος, εὐπροσήγορος, ἀπαρρησίαστος πρὸς πάντα ἄνθρωπον, ἀγέλαστος, ἀτάραχος, ἀόργητος, ἀπροσκλίνητος, τιμητική, τιμῶσα καὶ προσκυνοῦσα πάντα ἄνθρωπον, ὥστε καὶ θαυμάζειν πάντα ἄνθρωπον τὴν σύνεσιν αὐτῆς καὶ τὸν λόγον · τῇ ἡλικίᾳ μέσῃ · ἄλλοι δὲ τριπηχυν αὐτὴν εἶναι λέγουσι, σιτόχροον, ξανθότριχα, ξανθόδερματος, εὐόφθαλμος, μακρόφρυς, μακρόρριν, μακρόχειρ, μακροδάκτυλος, μακρόνυχος, ἄτυφος, ἄπλαστος, ἀχρωμάτιστος, ἀβλαβέστατος, ἱμάτια αὐτόχροα φέρουσα καὶ ἀγαπῶσα · καὶ μαρτυρεῖ τὸ ὠμοφόριον αὐτῆς τὸ ἐπὶ τοῦ ναοῦ αὐτῆς κείμενον.

Κεκόσμηντο δὲ καὶ ἄλλαις ἀρεταῖς) Quas attigit Scriptor vitæ MS. S. Theoctiſtæ Lesbiæ : καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην ἐστάλησαν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖνο τεμφθεῖς. Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντος Βασιλέως, καὶ τῆς εὐτυχίας Ῥωμαίων τῷ νέῳ συντελοῦντος.

LIBER XIV.

pag. 50.

Digitized by Google

LIBER XIV. Ἐξ Ἰσαυρίας αἰχίστου τὸ τῶν Ἰσαύρων) De Iſauria, ſic præ cæteris Euſtathius Il. β'. ϗ μέρος γοῦν τι Κιλικίας τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου Τραχεῖα λέγεται· οἴονται δέ τινες τὴν Ἰσαυρίαν εἶναι ταύτην.

Βηρίνης) De ſtatua Verinæ Auguſtæ quædam adnotavimus in noſtra Conſtantinopoli lib. I V. p. 119. & 144. a qua urbis tractum τὰ Βηρίνης appellatum colligere licet ex Concilio Conſtantinopolit. ſub Mena act. I.

Λέγουσιν) Hic Baſiliſcus Conſtantinopoli Palatium extruxerat, de quo egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. II. p. 133. a quo tractus Baſiliſci dictus, ubi præ aliis, extitere ædes S. Barbaræ, & S. Zenaidis. Synaxarium MS. IV. Decemb. ubi de S. Barbara: τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ Μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Βασιλίσκου, πλησίον τῆς ἁγίας μάρτυρος Ζηναΐδος.

Τοὺς γὰρ Εὐτυχοῦς) Evagrius lib. III. cap. IV.

Ἐνκαινίσαντι) Theophan. p. 105.

Καὶ Τρωκούνδου) Ita MSS. Theophan. an. III Baſil. & XIV. Zenon. Προκούνδον vocat. Hæc porro de Baſiliſci tyrannide, & Armatii proditione ac cæde narrant Evagr. l. III. c. VIII. XXIV. Procopius l. I. de bello Vandal. c. V. Chronicon Alexandr. Theophanes, & alii.

Πληροφορίαν λαβὼν) Λόγον, Theophanes, qua voce non ſemel pro ſecuritate utitur. Hac notione verbum Latinos ævi inferioris uſurpaſſe alibi docuimus.

Εἰς τὸ φραγέν) Cucuſum vocant Theophanes & Cedrenus: Acaſum Evagrius l. III. c. VIII. Limnas Chron. Alexandr. Leminas Marcellinus Comes: Limnon Codinus de Orig. Saſemas Victor Tunonenſis.

Διεφθαρμένῃ λιμῷ) Anonymus de Geſt. Conſtantini M. intra Ciſternam ſiccam frigore defeciſſe ſcribit.

Ἐμφορεῖον) Vide CP. Chr. ubi de Bibliotheca, & de Lauſi Palatio.

Ἴλλον) Marcellin. Com. Evagr. l. III. c. XXVII. Theophan. &c.

Παλάγιον) Vide Marcellinum Comitem & Theophan. an. XVII. Zenon.

Λάρισσαν) Eadem habet Cedrenus.

Edit. Pariſ. pag. 51. Πελειάδας) Porro Zenone imperante inventum S. Barnabæ corpus, cum Sancti Matthæi Evangelio, in Inſula Cypro: quod quidem Evangelium in Palatii oratorium illatum, & quotannis feria quinta majoris Hebdomadis, in eo Evangelium in ſacris liturgiis legi ſolitum ſcribit auctor MS. Periodi & Martyrii S. Barnabæ: Ἐπιδίδωσι δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀνιέναι ἵνα τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων μετὰ τοῦ τιμιωτάτου ἀνθρώπου τοῦ Βασιλέως, καὶ λαβόντες τὸ Εὐαγγέλιον, ἀπήγαγον ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔχον ἐκ θύινου ξύλου τὰ πτύχια· Λαβὼν δὲ Βασιλεύς, καὶ καταφιλήσας, ϗ χρυσῷ κατακοσμήσας, ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ μέχρι τῆς σήμερον φυλάττεται· ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τοῦ Πάσχα, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐν αὐτῷ ἀναγινώσκουσι τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Παλατίου.

N. 3. Ἔγγραφον ὁμολογίαν τῆς πίστεως) Vide Gloſſ. med. Græcit. in Ἔγγραφον. Anaſtaſius Bibl. in Joanne II. PP. de Juſtiniano: Miſit fidem ſuam chirographo proprio ſcripto ad Sedem Apoſtolicam. Adde Victorem Tununenſem in Chron. & alios.

Μετὰ γὰρ) Evagr. l. III. c. X. XI. XII. XIII. XXXIII. Marcellin. Comes ad an. IV. & V. Anaſt.

Τὰς γὰρ πολιτικὰς ἀρχὰς) Ita etiam Theodorus Lector Ecl. II. Contra Joannes Antiochenus ſcribit Magiſtratus pretio addictos peſſimis viris conceſſiſſe: τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπεμπολεῖν, ϗ τοῖς ἀδικοῦσι συγχωρεῖν.

Συγχυτικῶν) Seu Eutychianorum: quippe Eutyches, ut eſt apud Timotheum Presbyterum, τῶν δύο τούτων φύσεων, τὴν μὲν ἕνωσιν ὁμολογεῖ, τὴν δὲ κατ' ἀλλήλων διαφορὰν ἀρνεῖται, καὶ σύγχυσιν τῶν φύσεων δογματίζει. Leontius de ſectis: ὁ δὲ Εὐτυχὴς μίαν ὑπόστασιν ὡμολόγει, ϗ τοσαύτην ὁλόγε γενέσθαι ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ὥστε ϗ μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι ἐκ τῶν δύο. LIBER XIV. At idem Leontius Anaſtaſium ait fuiſſe eorum hæreſeos, quos Διακρινομένους appellabant: qui ſcilicet poſt Synodum Chalcedonenſem, & damnatum ab ea Dioſcorum, qui illius partes ſectabantur, ἀπέστησαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ ὀνομάσθησαν ἐντεῦθεν Διακρινόμενοι, διὰ τὸ διακρίνεσθαι αὐτοὺς κοινωνεῖν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ut ait apud eumdem Timotheum. Horum meminit idem Leontius.

Εἰρήνην) Evagr. l. III. c. XXX. Theophanes an. I. IV. Anaſtaſ. Victor Tununenſ.

Ἔγγραφον ἀσφάλειαν) Victor Tununenſis.

Μακεδόνιον) Cujus Synaxin agunt Græci XXV. April.

Εἰς Εὐχάϊτα) Marcellin. Comes ad Conſul. Secundini & Felicis. Victor Tun. & Theoph. an. VI. Anaſt.

Λογγῖνον) Evagr. l. III. c. XXVIII. XXXV. Theophan. an. I. & II. Anaſt. Victor Tununenſis. Bellum vero illud Iſauricum deſcripſere Pamprepius Panopolita Poeta ſoluta oratione, & Chriſtodorus Coptenſis itidem Poeta, ut teſtantur Svidas & Eudocia in Joniis MSS.

Μάγιστρον Λογγῖνον) Cognomento Selinuntius. Evagr. l. III. c. XXV. Marcellin. Comes ad an. VIII. Anaſt. Theophan. an. IV. & V. Anaſt.

Θεσσαλονίκη) Idem habet Theophanes an. VIII. Anaſt.

Ἀναστασίῳ δὲ) Victor Tununenſis, Anaſt. Bibl. in S. Symmacho, Theophanes an. X. Anaſt. Anonymus de geſt. Conſtantini &c.

Βουλγάρων) Marcellin. Comes an. IX. Anaſt. Theophan. an. XI. De Bulgarorum origine agimus pluribus in Stemmatibus Dalmaticis.

Ἀγαρηνῶν) Quos Σκηνίτας vocabant. Evagr. l. III. c. XXXVI. Theophan. an. VII. Anaſt.

Βιταλιανὸ) Evagrius l. III. c. XXXXIII. Marcellin. Comes & Victor Tun. ad Coſ. Senatoris, & an. ſeq. Theoph. an. XXII. XXIII. XXIV. Procop. l. I. Perſic. c. VIII. XII. Chronicon MS. Georgii Hamartoli in Anaſtaſio: ϗ Βιταλιανὸν ἀνδρείως πλησίον τῆς ὑπ' αὐτοῦ Βασιλείας κειμένης Κωνσταντίνου τοῦ ἁγίου Μωκίου· ἔφερον ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον ἐγκλείοντες μοναστηρίῳ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ἐν ᾧ φυλάξαντες, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ δόρατος ἀνηρτημένην, ἔκραζον, Οὗτός ἐστιν ὁ φίλος τοῦ ἐχθροῦ τῆς ἁγίας Τριάδος. pag. 52.

Μαρινοῦ) Qui Martinus Evagrio: Idem forte de quo Marcellinus Comes ad Conſul. Pauli & Muſciani.

Περὶ Πρόκλου) Procli Aſiani Philoſophi & Oneirocritæ meminit Chronicon Alexandr. & Theophanes an. XXVI. Anaſtaſii: alterius Procli ſub Juliano, Cedrenus.

Εἰς τὸ τετράγωνον) Vide Gloſſ. med. Græcit.

Ἀλαμουνδάρου) Agarenorum Scytharum Phylarchus. Id etiam narrant Victor Tununenſis & Cedren. an. XXII. Alamundari vero Agarenorum Ducis non ſemel meminit Procopius in libris de Bello Gotthico, & ex eo Evagrius. N. 4.

Ὁ Σεβῆρος) Epiſcopus Antiochenus, de quo Victor Tununenſis, Evagrius lib. III. cap. XXXIII. Marcellinus ad Conſulatum Clementini & Probi & Theoph. an. XIX. Anaſtaſii.

Τῆς Τύχης τῆς πόλεως) Quæ quidem Fortunæ Urbis ſtatua ſtabat in Baſilica, quod Scriptores Byzantini paſſim tradunt, atque in iis Georgius Hamartolus in Chron. MS. ubi de Juliano Apoſtata: τὰ τῶν εἰδώλων ἀνοίγων ἱερά, καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τῇ Κωνσταντινουπόλεως Τύχῃ δημοσίᾳ ἐν τῇ Βασιλικῇ, ἔνθα τῆς αὐτῆς Τύχης ἄγαλμα καθίδρυτο. Hunc porro Zonaræ locum illuſtravimus in noſtra Conſtantinopoli lib. II. Sect. IX. N. I. diximuſque ita Fortunam urbis effingi in Conſtantii junioris, Juliani, Joviani & Gratiani a nobis de-

Digitized by Google

LIBER XIV. lineatis nummis, habitu ſcilicet muliebri, caput tectum modiolo, de quo quidem Calyptræ ſpecie agimus in Gloſſ. med. Græcit. altero pede navi ante ſe poſitæ inſiſtente, quo innuitur Fortunam urbis rerum gubernationi eſſe præſidem: ut Iſis exhibetur in nummo Domitiani, a viro ſingularis eruditionis Ulrico Obrechto Argentinenſi doctiſſimo commentario nuper illuſtrato. Sed & ibi diximus, per Τύχην, hoc loco, non *Genium*, ſed *Fortunam* indigitari: tameſi *Genius* interdum per τύχην efferatur, quod ex Caſiſo collegit Henricus Valeſius. Et certe ita etiam efferunt Gloſſæ veteres Græcolat. Τύχη, *Genium*. Τύχη ἑκάστου ἀνθρώπου, *Genius*. Τυχεῖον, *Genium*, *Genitalium*. Sed & Gloſſæ Lat. Gr. quæ ſic emendandæ: *Genialis*, Ἐπιόνυμος, γαμήλιος. Τυχαῖον, *Genius*, τύχη: unde Euſtathius ad Odyſſ. β'. & ν'. ἀγαθὸν δαίμονα, & τύχην, vel ἀγαθὴν τύχην confundit. Licet vero idem videantur Fortuna & Genius, cum una eademque appellatione donentur a Scriptoribus; ut apud Apuleium, *per fortunas geniosque veſtros*, in hoc tamen differunt, quod Fortuna rebus omnibus dominetur, Genius vero ſingulatim hominibus, vel populis, vel urbibus præſideat, eorumque regat actiones. Philoſtratus lib. II. de vitis Sophiſtarum, in Herode Attico: τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σταδίου νεὼς ἐπέχει Τύχης, καὶ ἄγαλμα ἐλεφάντινον, ὡς κυβερνώσης πάντα. Deinde Fortuna habitu muliebri, Genius adoleſcentis nudi ſpecie effinguntur, cum cornu Amaltheæ: quomodo etiam Fortuna, ſeu Τύχη, apud Pauſaniam in Achaicis: ἄγαλμα ἐστὶ Τύχης, τὸ κέρας τὸ φέρουσα Ἀμαλθείας· παρὰ δὲ αὐτὴν Ἔρως πτερὰ ἔχων. Ita etiam deſcribitur in Meſſeniacis p. 140. Quo fit, ut Τύχην τῆς πόλεως, cujus hic meminit Zonaras, *Fortunam* reddi debere, non *Genium*, exiſtimem. Quod quidem præ cæteris adſtruit Auctor Martyrii Sanctæ Zoes, ubi, quæ Τύχη τῆς πόλεως, N. VI. μεγάλη Θεὰ Τύχη dicitur N. VII. cui ſcilicet Fanum erat erectum, quod Τυχεῖον vocat etiam Marcus Diaconus Gazenſis in vita S. Porphyrii, & cui ſacrificabant. Fatendum tamen quod Latini *Genium*, Græcos Τύχην promiſcue appellaſſe, cum Fortunam, quæ rebus omnibus præſidere credebatur, *Fatum*: quæ ſingulis hominibus, aut populis, *Genium* appellarent. quod quidem diſcrimen ex Latinis Scriptoribus ſtrictius obſervat Symmachus apud Prudentium lib. I. contra eumdem Symmachum, locis allatis in noſtra Conſtantinopoli lib. I. N. VI. ex Græcis vero Salluſtius Philoſophus in lib. de Diis & Mundo c. IX. ὥσπερ τοίνυν Πρόνοια, καὶ Εἱμαρμένη ἐστὶ, ἡ περὶ ἔθνη, ἡ πόλεις, ἔστι δὲ καὶ περὶ ἕκαστον ἄνθρωπον, οὕτω καὶ Τύχη περὶ ἧς ἑξῆς λέγειν ἀκόλουθον. Η τοίνυν τὰ διάφορα, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα γινόμενα πρὸς ἀγαθὸν τάττουσα δύναμις τῶν Θεῶν, Τύχη νομίζεται· ἐξ ἧς τοῦτο μάλιστα κοινῇ τὰς πόλεις τὴν Θεὸν προσήκει τιμᾶν· πᾶσα γὰρ πόλις ἐκ διαφόρων πραγμάτων συνίσταται. Ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην δὲ τὴν δύναμιν ἔχει, ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην οὐδὲν ἐκ Τύχης ἂν γένοιτο. *Quemadmodum ergo Providentia & Fatum circa nationes & urbes, tum etiam circa quemlibet hominem eſt, ita & fortuna, de qua ſermonem habere ſeries orationis poſtulat. Igitur diverſa ac præter expectationem accidentia ad bonum vis Deorum diſponens, Fortuna exiſtimatur, ideoque potiſſimum urbes hanc Deam honoribus afficere generatim univerſeque addecet. Quælibet enim urbs ex diverſis rebus coaleſcit. Ea ſub luna poteſtatem exercet: quando ſuper lunam nihil fortuito accidit.* Ex quibus omnino evincitur Τύχην, *Fortunam* Deam intelligi, urbibuſque præfuiſſe, & ab earum incolis cultam. Adde quod Fortuna Conſtantinopolitana in nummis habitu & vultu muliebri effingitur, quod de Genio dici non poteſt. Quod vero de Muſarum Statuis in eadem æde, qua Fortunæ urbis ſtatua, repoſitis ſcribit Zoſimus, loco in noſtra Conſtantinopoli laudato, veterum Paganorum ritum ac mores indicat, qui urbium Fortunæ, ſeu Genii, ædibus ſacris adjungebant LIBER XIV. Muſarum Templa, ut ex Libanio docemur. Is enim in ἐκφράσει Τυχαίου, ex Editione Allatiana, ait ea Τύχης æde patere per portam aditum ad Muſarum ſacrarium: καὶ κατὰ μέσον αἱ πύλαι παρὰ τῶν Μουσῶν ἄγουσαι τέμενος. Quinetiam in ſingulis urbibus templa, in earum medio, Τύχῃ dicata fuiſſe docet, in quibus erant variæ aliorum Deorum ſtatuæ in ſemicirculis, quos *Nidulos* vocamus, locatæ. Tum addit, licet plures contineat Deos, ſolius tamen Fortunæ nomen retinere: quippe inquit, ὡς ἅπαντα Τύχῃ συγχωροῦντα, τούτους οἱ Θεοὶ ἀπὸ τῆς Τύχης συνωνόμασαν ἅπασι. Tum ita Τύχης ſtatuam deſcribens: κυκλοῖ δὲ κατὰ μέσον ὑμνοῦ ὅσον ἀριθμὸς Θεῶν ὀνομάζεται, ἐκ μέσου ἐν μέσῳ Τύχης ἕστηκεν ἄγαλμα, σφαῖραν δηλοῖ Ἀλεξάνδρου τὰς νίκας, καὶ στέφεται μὲν ὑπὸ Τύχης ἡ γῆ, στέφει δὲ αὐτὰ τὸν νικῶντα. Νίκαι δὲ τῆς Τύχης ἑκατέρωθεν ἀνεστήκασιν, &c. Quibus ſcilicet omnibus Fortunæ, inquit, virtus ac facultas exprimitur. Hiſce denique ſubjungit, in Templi extrema parte nudam extare ſtatuam aliam læva ſuſtinentem cæli effigiem, dextram vero protendentem: γυμνὸς δὲ ἕτερος πρὸς τὸ λοιπὸν ἀνέστηκεν· οὐρανὸν μὲν ἐπὶ τῆς λαιᾶς φερόμενος πρόχειρον, τὴν δ' αὖ δεξιὰν εἰς ἅπαντα προχειρον γυμνὸς δὲ προσκεκαλυμμένος ἵσταται. Qua quidem deſcriptione Libanium effinxiſſe Genium urbis, qui nudus exhiberi ſolet in Nummis, exiſtimarem, niſi obſtaret Globus ille in læva, qui Soli attribui ſolet: tameſi Globum etiam, ſeu Polum cœleſtem Fortunæ adſcribat Pauſanias in Meſſeniacis p. 140. ſcribens Bupalum primum Smyrnæis Fortunæ ſimulacrum feciſſe cum Polo ſupra caput, & altera manus Cornu Amaltheæ geſtantem: Σμυρναίοις ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης πρῶτος ἐποίησεν ὧν ἴσμεν, πόλον τε ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὸ καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας ὑπὸ Ἑλλήνων· οὗτος μὲν ἐς τοσοῦτο ἐδήλωσε τῆς Θεοῦ ἔργα. Eadem igitur fuit ædes Fortunæ & Genii, quem Ἀγαθὸν δαίμονα appellabant: quod certe ex eodem Pauſania in Bœoticis p. 313. colligere eſt: τὸ δὲ οἴκημα Δαίμονος τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ Τύχης ἐστὶν ἀγαθῆς. Et infra: οἱ δὲ ἐς τὸ οἴκημα ἔνθα καὶ πρότερον δίῃτᾶτο παρά τε Τύχῃ καὶ Δαίμονι ἀγαθοῖς, &c. ubi Τύχη primum obtinet locum. Unde docemur cur Τυχαίου vocabulo Fortuna & Genius donentur, cum in eadem æde colerentur. Eudemus in Lexico MS. ex quo ſua hauſit Suidas: ἀγαθοῦ Δαίμονος· ἔθος ἦν, φασὶ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ Δαίμονος ὑπερβιβάζοντα ἄκρατον, καὶ τοῦτο δὲ τρίτον, ἐξ ἡμέρας δὲ τὴν ἐσπέραν τὸ μέλλον αὐτοῖς ἐκάλουν· καὶ ἐν Θήβαις ἦν ἱερὸν ἀγαθοῦ Δαίμονος. Enimvero variis aliis Deorum ſtatuis exornatum Τυχαῖον Fanum docet præ cæteris Dio in excerptis Valeſianis, ſcribens Lucullum πρὸς τὸ τῆς Τυχαίου, ὃ ἐκ τοῦ Ἰβηρικοῦ πολέμου κατεσκεύασε καθιέρωσεν, ſtatuas commodato accepiſſe a Mummio, nec reddere eas poſtmodum voluiſſe, ut quæ dedicatione ſacræ eſſent factæ. Ubi Strabo lib. VIII. rem eamdem narrans, τὸ Εὐτυχίας ἱερὸν, & Cicero in Verrem de ſignis, *ædem Felicitatis*, vocat. Ex quibus omnino patet Τυχαῖον non fuiſſe *ædem Genii*, ſed *proſperæ Fortunæ*, quam ἀγαθὴν Τύχην vocat Pauſanias. Cæterum ναοῦ τῆς Τύχης Cæſareæ, meminit Theophanes an. I. Juliani: ut Eudocia Auguſta in Joniis MSS. τὸ Τύρου Τύχης, quam Παρθενίαν appellatam fuiſſe ait in Porphyrii Philoſophi elogio. Hæc porro fuſius ſumus proſecuti, ut ex deſcriptione Libania doceremur cur in æde Senatus una cum Fortunæ urbis ſtatua complures aliæ ſteterint ſtatuæ.

Edit. Pariſ. pag. 33.
pag. 54.

Ἰουστῖνον καὶ Ἰουστινιανόν) Vide Alemannum ad Procopii Hiſtoriam arcanam cap. VI.

Τεθνηκώς) Anaſtaſius Bibl. in Hormiſda PP. *Eodem tempore nutu divinitatis percuſſus eſt fulmine divino Anaſtaſius Imperator, & obiit*. Codinus pag. 60. fulmine ictum Anaſtaſium in Magnauræ Palatio ſcribit, qui cum exclamaſſet, Ω μάλα ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι, hinc Magnauræ nomen illud obtinuiſſe. Nec abludit Luithprandus lib. VI. cap. II. quoad nomenclaturam, ſcribens ſic dictum illud Palatium, quaſi *magna aula*, ρ. loco λ. poſita littera. Sed omnino improbanda videtur Codini ſententia, ſiquidem cum

Digitized by Google

LIBER XIV. In ſuperiori & excelſiori nobis parte ædificatum eſſet, ventis cæteriſque aeris injuriis expoſitum erat: quod in primis teſtatur idem Luithprandus in Legatione: nam ibi de hoc Palatio loqui conſtat, licet illud non nominet, cum in eo excipi ſolerent Legati: *Pridie Nonas Conſtantinopolim venimus, & ad contumeliam veſtram ſuſcepti, graviter turpiterque ſumus tractati: Palatio quidem ſatis magno & aperto, quod nec frigus arceret, ſicut nec calorem repelleret, incluſi ſumus. —— Domus ipſa ſolis nobis incluſis pervia, a Palatio adeo ſequeſtrata, ut eo nobis non equitantibus, ſed ambulantibus anhelitus truncaretur.* Infra: *Cur quæſo non ægrotarint, quibus erat potus pro optimo vino ſalſugo; proculcitra, non fœnum, non ſtramen, non ſaltem terra, ſed durum marmor, pro cervicali, lapis? quibus patula domus, non calorem, non imbrem, non frigus arcebat.* Denique ſub finem verſibus haud incomptis hanc ædem ſic deſcribit:

Marmore quæ vario magnis patet alta feneſtris
Hæc inaquoſa domus, concluſo pervia ſoli,
Frigora ſuſcipiens, æſtum nec ſæva repellens.

Alia de hoc Palatio vide in noſtra Conſtantinopoli lib. II.

Σεισμοὶ) Marcellinus Comes meminit duorum inſignium terræ motuum qui Anaſtaſio imperante accidere p. 45. & 58. Edit. Sirm. Adde Cedren. an. XXI. & Victorem Tununenſ. ad Coſ. Abieni junioris.

Ἀντιόχεια) Evagrius l. II. c. XII.

N. 5. Μακρὸν τεῖχος) Evagrius l. III. c. XXXVIII. Chron. Alex. an. XVI. Anaſt.

Σύγκλητοι) Vide Alemannum ad Procopii Hiſtoriam arcanam cap. VI.

Ἀμάντιος) Marcellinus Comes an. I. Juſtini, ubi & de Theocriti, *quem Amantius Præpoſitus ad regnandum clam præparaverat*, cæde pariter agit, ut & Chronicon Alexandr. & Evagrius l. IV. c. II.

Χρήματα τῷ Ἰουστίνῳ) Chronicon Alexandr.

Τῇ ἁγίᾳ Θωμᾷ) Vide CP. Chriſt.

Τοῖς τριακοσίοις ἐξακοσίοις τριάκοντα) Atque inde SS. Patrū DCXXX qui Chalcedonenſi Concilio interfuerunt memoriam agunt Græci XVI. Junii.

Καὶ στρατηλάτης) *Magiſter militiæ*, Marcellino.

Καὶ ὑπάτευσε) Conſulatum geſſit Vitalianus cum Ruſtico, cujus menſe VII. in Palatio interemptus fuit. Marcellin. Evagr. l. IV c. III. &c.

Τὸν Σαβείρων) Evagr. l. IV. c. IV. Theorianus in legat. ad Armen. p. 508. &c.

Edit. Pariſ. pag. 55. Ξενοδόχοι τῶν Εὐβούλου) De hoc Xenodochio vide noſtram CP Chriſt.

Κομήτας) Chronicon Alexandr. an. I. Juſtini. Anonymus de geſt. Conſtan. p. 485.

Ἐπιφάνιος) Huic antea dignitatem hanc adepturum prædixerat S. Andreas propter Chriſtum Σαλὸς, ut eſt apud Nicephorum Presbyterum Magnæ Eccleſiæ in ejuſdem Sancti vita nondum edita, ubi multa de Epiphanii vitæ ſanctitate longe ante, in ipſis adoleſcentiæ annis, commentantur.

Τὸν Ῥῆγα τῶν Οὔννων) Quos Albos & Ephtalitas dictos ſcribit Procopius l. I. de bello Perſico, ubi & alibi multa de eorum ſedibus. Auctor MS. Miracul. in Cerne, ubi de Licinio & Conſtantino M. Οὗτοι μὲν οἱ Ἐφθαλῖται, Περσῶν ὅμοροι, καὶ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἰκοῦντες, τὸ σύνολον ἔθνος ἐστὶ καὶ βάρβαρον. Ex quo etiam loco in dubium venit an apud Procopium legendum ſit Νεφθαλῖται, uti vult Poſtellus apud Ortelium. Arethas in Apocalypſ. cap. LXIII. τοὺς μὲν Σκυθικὰ ἔθνη ἔφασαν ὑπερβόρεια, —— καὶ Γότθων μοῖραν τινὰ κατὰ μέρη τῆς Ἀσίας στρατευσαμένους τὸ σύνολον ἔθνος καλοῦσιν, καὶ Θευφίλου, καὶ Γοτθογραικοὺς, ὅπερ κοινῷ λόγῳ καλοῦμεν Οὔννους.

Καυάδης) Κωάδης, & Καβάδης in Chron. Alexandr. anno IV. Juſtini, Καβάδης Evagrio l. IV. c. XII. Procopio, Agathiæ, Theophani & aliis. Vide Simocattam l. IV. c. VI.

Καὶ τὸ Ἰουστῖνον ἀνέστρεψεν) Theophanes an. III. Juſt.

Τζάθιος) Chronicon Alexandr. an. IV. Juſtini LIBER XIV. Theophanes an. V.

Τοῦτο τὸ Βασιλεῖον) Vide Diſſertat. XXII. ad Joinvillam.

Καὶ Βασιλεὺς) Hoc loco non *Rex*, ut habet Wolphius, ſed *Imperator*, reddi debuit. Vide Chron. Alexandr. & Theophan.

Ἐκ τῶν συγκλητικῶν) Valerianam Onini Patricii & Curopalatæ filiam. Chron. Alexandr.

Ἄγων Ἀρέθας) Theophan. an. V. Juſtini, & Menæa ad XXIV. Octobr.

Τοῦ σεισμοῦ) Terræ motu everſas Anazarbam, Edeſſam, & alias urbes ſcribit pariter Evagrius c. VIII. quæ ad annum VII. Juſtini revocat Theophanes.

Λαζῶν) Tzetzes in Lycophronem: οἱ δὲ Κόλχοι καὶ Λαζοὶ λεγόμενοι, Αἰγυπτίων ἄποικοί εἰσι, πλησίον οἰκοῦντες Ἀβασγῶν, τῶν καὶ Μελαγχλαίνων καλουμένων.

Σκιρτοῦ ποταμοῦ) Vide Nicol. Alemannum ad Hiſt. arcanam Procopii cap. XVIII.

Γυναῖ τις) Theophan. an. VII. Juſtini.

Ἰουστινιανὸς δὲ στρατηλάτης) Juſtinianus omnes fere militiæ gradus obierat, priuſquam ad Magiſtri militum dignitatem eveheretur. Fortunatus lib. X. Poem. XXV.

De Tyrone Duces veniunt, de milite Princeps,
Ut reliquos taceam, Juſtinianus erat.

Vide Alemannum ad Procopii Hiſt. arcan. cap. VI.

Μὴ νεώτερον) Atqui trigenario major tum erat Juſtinianus, ut Theophilus ejus præceptor aſſerit, apud Alemannum ad Hiſt. arcanam Procopii, ubi hæc pluribus diſquirit idem Alemannus.

Νωβελισσίμου) Marcellinus Comes. Vide Alemann. ad Hiſt arcan. p. 120. Edit. Reg.

Ἐννέα ἔτη) Hinc emendandus Leontius in lib. de Sectis p. 470. ubi cum de Imperii annis agit, pro μετὰ ἕνα καὶ ἥμισυ ἐνιαυτὸν, legendum μετὰ ἐννέα, &c.

Ἡμέρας εἴκοσι) Addit Symeon Logotheta in Chron. MS. in Juſtino Thrace: καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ (Juſtini) ἐν τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης ἐν λάρνακι σμαραγδίνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾗ καὶ αἱ τιμαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀπόκεινται. Ubi Cedrenus: καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ἡρῴῳ, ἐν λάρνακι σμαραγδίνῳ.

Οὐδὲν γὰρ ἧττον) Vide Alemannum ad Hiſt. arcan. cap. X pag. 56.

Πρὸς συλλογὴν) De Avaritia Juſtiniani, agunt N. 6. Procopius in Hiſt. arcana cap. VIII. & Evagrius lib. IV. cap. XXIX.

Κομήτης) Meminit Procopius lib. II. de bello Perſico cap. IV. Cometæ, qui Juſtiniano imperante apparuit, quem Xiphiam, ab aliis Pogoniam appellatum ait, duraſſeque XL. dies. Vide Cedren. an. IV. Juſtiniani.

Κατὰ τὸ λεγόμενον Μίλιον) De quo egimus in Conſtantinopoli l. I. Sect. XXV. N. II. τοῦ Μιλίου λιθοφόρου meminit præterea Sguropulus in Hiſt. Concilii Florent. Sect. VI. cap. I. extr. viæ ſcilicet quam Μέσην vulgo vocant Scriptores Byzantini, de qua in eodem opere lib. I. n. XXIII.

Ὃν ὁ Βασιλεὺς Κωνστάντιος) Præfecto operi Euphrata. Chronicon MS. Symeonis Logothetæ in Conſtantio: ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ μεγάλη ἐκκλησία μέχρι αὐτοῦ τῶν κατεχομένων ᾠκοδόμηται, ὁ δὲ Εὐφράτης ὁ ταύτην κατασκευάζων ἐτελεύτησεν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ὅπερ νῦν γηροκομεῖόν ἐστιν ἐν τῷ λεγομένῳ Δαμασκείῳ τὰ Εὐφράτα ἰδιωτικῶς λεγόμενα. Vide noſtram Conſtantinopolim lib. III. Sect. 5.

Κωνσταντίνου φόρον) In Throno Imperatorio Amphitheatri coronatum habet Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Phil. in Juſtiniano: Τὸ κάτω δὲ Πατριάρχου ἐστέφθη ἐν τῷ καθίσματι στέφανος. Nec abludit Theophanes: καὶ καθεζόμενος ἐν τῷ ἱππικῷ, ἐστέφθη ὑπὸ τῶν δήμων.

Τὸν δὲ Ὑπάτιον) Meminit præ cæteris Hypatii & Pompeii cædis Joannes Carpathi Epi-

Digitized by Google

LIBER XIV. copus in Narrationibus MSS. de Anachoretis Ægyptiis: *μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀπελθόντος ἐτελεύτησεν ὁ Ἰουστῖνος ὁ Βασιλεὺς καὶ βασιλεύει ὁ Ἰουστινιανός· εἶτα μετ' ὀλίγον χρόνον ἐπανίστανται αὐτῷ Ὑπάτιος καὶ Δεξικράτης καὶ Πομπήϊος, καὶ αὐτὸς Εὐλόγιος* (qui ex latomo & Monacho, invento theſauro, factus fuerat Præfectus Prætorio) *ὁ Ὕπαρχος· ἐξ οἱ μὲν τρεῖς ἀπεκεφαλίσθησαν, καὶ ἐδημεύθη πάντα τὰ αὐτῶν, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Εὐλογίου*, &c.

Ἀπήρξατο μηχανουργόν) Architecto uſus Anthemio Mechanico, ut obſervavimus in noſtra Conſtantinopoli: cujus præterea meminit Euſtathius Il. *ε*. p. 513. Edit. Rom.

Ἐπὶ ἀσπίδος) De hoc more egere Pithœus l. 11. adverſ. c. VI. Lipſius ad Tacitum, Demſterus ad Coſippum, Valeſius ad Ammianum, & alii nonpauci.

Αὐγουστεῶν) Habuit & Roma *Forum Auguſtæum* ab Auguſto Imp. appellatum, cujus mentio habetur in Inſcriptione Piſana, quam doctiſſimo Commentario illuſtravit Henricus Noriſius Veronenſis in Cœnotaphiis Piſanis.

Μετὰ τῆς αἰκίας τύχης) Vide Alemann. ad Hiſt. arcan. cap. XI.

Πολλοὶ γὰρ εἰς δέον) Cod. MS. *πολλοὶ γὰρ εἰς δέον ἀνδραζομένου αὐτῷ, πολλοὶ τούτων τοῖς ἰδίοις δακτυλίοις σφίζουσι πρὸ τὸ κοινὸν ὁμοῦ συναγομένων, καὶ*, &c.

Ἀνδρομαχοῦς) Cedrenus an. 11. Juſtiniani.

Τῶν αἰδῶν) Cod. MS. *τῶν αἰδῶν ἑκάστου ἐκτύμιον*. Vide Alemannum ad cap. XI. Hiſt. arcanæ.

Καὶ τὸ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἱερὸν Σεργίου καὶ Βάκχου) Juxta Hormiſdæ Palatium, ut docuimus in Conſtantinopoli Chriſt. lib. IV. p. 135. Concilium Conſtantinopolit. ſub Mena act. IV. *ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεργίου ἐν τοῖς Ὁρμίσδου*. Proinde illa ipſa eſt ædes, quæ nunc *τὸ ἅγιον Ἀποστολεῖον τοῦ Ὁρμίσδου*, & *τὸ ἐν ἐν τοῖς Ὁρμίσδου*, dicitur.

Ἐπίγραμμα) Refertur etiam a Conſtantino Porphyrog. lib. 1. Them. V.

Προκόπιος) Ut Procopius Cæſarienſis, rerum quas ſcripſit oculatus teſtis, & Beliſarium in Africa & in Italia bella gerentem comitatus fuerit, non uno ipſe loco teſtatur.

Ὁ δὲ τὸν μὲν ἄρτον) Joannes Tzetzes Chil. III. cap. LXXXV.

Γράμμα πρὸς Βελισάριον πρεσβεύσας τι γράφει,
Κιθάραν, Βελισάριε, τὸ λοιπόν μοι, σπόγγον, ἄρτον,
Edit. Pariſ. pag. 57. *Τὴν μὲν ὡς τραγῳδήσαιμι τὸ βαρυσύμφορόν μου,*
Σπόγγον δ' ὡς ἀπομόρξωμαι δάκρυα τῶν πλημμυρῶν.
Ἄρτον δ' ὡς ἂν καὶ ἴδοιμι καὶ μόνον τοῦτο δέον.

Hinc hiſtoriam attigit etiam Nicetas in Iſaacio lib. III. n. 11.

Ὁ Ἄνθιμος) Anaſtaſius in Agapito PP. *Eodem tempore ejecit* (Juſtinianus) *Anthimum a communione, & expulit in exilium.*

Τὴν προσκύνησιν) De ritu adorandi Imperatores conſulendus in primis Procopius in Hiſt. arcana cap. XXX. præterea Arnoldus Lubec. lib. II. cap. XV.

Καὶ βίβλον τοῦ θείου εὐαγγελίου) Vide Gloſſ. med. Lat. in V. *Textus*.

N. 8. *Μὴ χειροτονηθῇ*) Marcellinus Comes: *Agapitus Conſtantinopolim, ut diximus, de Roma adveniens, Anthimum mox de Eccleſia pellit, dicens eum juxta Eccleſiaſticam regulam adulterum, qui ſua Eccleſia dimiſſa, ambierat alienam.*

Ὀνωρίχου) Cum Zonaras hoc loco Regum Vandalorum in Africa Hiſtoriam breviter ſatis perſtringat, haud incongruum forte videbitur ſi prolixiori paulo exceſſu hanc rurſum hic proponam, utque provincia illa, ex quo Romani juris ab Africanis Scipionibus facta eſt, in Barbarorum jus poteſtatemque venerit. Atque ut rem altius repetam, Theodoſius M. liberis, quoad adoleſcerent, tutores reliquit Ruffinum & Stiliconem, qui utramque aulam regerent. Hi commiſſa ſibi tutela & adminiſtratione prave utentes, alius ſibi, alius filio ſuo affectans regale faſtigium, ut rebus repente turbatis neceſſitas reipublicæ ſcelus ambitus tegeret, gentes barbaras in Romani Imperii ditiones ille immiſit, hic fovit. Has inter Vandali & Alani pridie Kal. Januarias anno Chr. CDVI. trajecto Rheno Gallias intraverunt, quibus ferro flammaque vaſtatis, tandem perfractis Pyrenæi clauſtris, quæ diu Didymus & Venianus fortiſſimi Romanorum duces tutati erant, Hiſpanias IV. Kal. ſeu ut alii volunt, III. Id. Octobr. irrumpunt anno CDIX. æra CDXLVII. Exhinc Hiſpanicis inter ſe diviſis Provinciis, Gallæcia Vandalis & Svevis, Luſitania & Carthaginenſis provincia Alanis obvenere: at Vandali cognomine Silingi, relicta Gallæcia, Bæticam provinciam ſortiuntur. Quis tum iſtius in Gallias & Hiſpanias irruptionis tempore Vandalis imperaverit, vix conſtat. CROCUM quidam, qui tot mala Galliæ intuliſſe, ab Hiſtoricis noſtris paſſim recenſita, ſeu ut ab aliis vocatur, Croſcum, Vandalorum Regem fuiſſe opinantur. Et ſane ita inſcribitur in vita S. Antidii Veſuntini Epiſcopi, & apud Sigebertum an. CDXI. Alii non Vandalorum, ſeu Alemannorum Regem extitiſſe volunt. Id porro conſtat Crocum a Mario Præſide verius Arelatenſem urbem interceptum, poſt varia cruciatuum tormenta, tandem neci datum. Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonenſem ſcribit Vandalos a Francis devictos acie, XX. ferme millibus ferro interemptis, Godegiſilo, ſeu uti a Procopio & Theophane appellatur, Godegiſclo, ſeu Modigiſilo, ut a Roderico Sanctio & Abbate Urſperg. rege eorum abſumpto, cunctis, inquit idem Frigeridus, Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore ſubveniſſet: quam quidem cladem intra ipſas Gallias accidiſſe idem teſtatur, proindeque ante Vandalorum in Hiſpanias adventum, ita ut dubium videatur an Godegiſilus in Hiſpania conſederit, quod volunt Procopius & Zonaras. Memoratur præterea ab Idatio gentis Vandalorum Rex alter Fredibaldus, quem circa annum CDXVII. Conſtantius, Placidiæ maritus, ſine ullo certamine ingenioſe captum ad Imperatorem Honorium deſtinavit: is porro, ni fallor, Vandalis qui in Galliis remanſerant, imperavit.

GUNDARIS vero, ſeu Guntharis, uti a Procopio, ſeu Gundericus, ut ab aliis appellatur, Godegiſili filius, primus in Hiſpania Vandalis præfuit, qui rupto pacis fœdere, Svevos pervaſis montibus obſedit anno CDXIX. ac tandem relicta Gallæcia, cum omnibus Vandalis in pag. 58. Bæticam tranſiit anno CDXX. captaque Hiſpali, cum irreverenter in Baſilicam S. Vincentii Martyris manus extendiſſet, mox Dei judicio dæmone in ipſis templi foribus correptus interiit anno Theodoſii junioris XV. Chr. CDXXVII. vel XXVI. ut alii volunt, cum imperaſſet annos XVIII. Procopius a fratre interemptum ſcribit.

GAISERICUS ſeu *Geiſericus*, Gotharis frater nothus, eidem in Regnum ſucceſſit: qui ex Catholico Arianus factus, de Bæticæ provinciæ littore, cum Vandalis omnibus, quos ad octoginta millia fuiſſe ſcribit Victor Vitenſis, eorumque familiis, ad Mauritaniam & Africam relictis tranſiit Hiſpaniis anno CDXXVIII. menſe Majo, Hierio & Ardaburio Coſſ. Scribit Theophanes Vandalos a Bonifacio Africæ Prætore in Africam evocatos. Cum enim affectatæ tyrannidis apud Valentinianum Imperatorem ab Aetio falſo accuſaretur, ſibique ac vitæ timeret, Geiſericum ex Hiſpaniis in Africam evocavit. Exinde probata per amicos fide apud Placidiam Auguſtam, exercitum in Vandalos Africam incurſantes eduxit, a quibus ſuperatus, Romam rediit, ubi ab Aetio interemptus eſt. At Geiſericus violato fœdere quod cum Valentiniano Imp. pepigerat, Carthaginem metropolim poſt XIV. menſium obſidionem occupat X. Kal. Nov. anno Chr. CDXXXIX. Hanc vero captivitatem Carthago ſubiit anno poſtquam Romana eſſe cœperat DLXXXV. Poſt hæc mediterranei maris inſulas invadit,

Digitized by Google

LIBER XVI. vadit, Siciliam tributario jure Odoaero Italiæ Regi concedit: inde ab Eudoxia Valentiniani jam defuncti uxore invitatus Romam ingreditur, rebus omnibus per xiv. dies ſpoliat, ſecumque inde Eudoxiam cum duabus filiabus abducit ann. Chr. cDLV. Tandem poſt multarum provinciarum clades, & Chriſtiani apud Africam populi ſpolia & neces moritur an. cDLXVI. cum imperaſſet annos XL. juxta Victorem Tununenſem: quamquam Victor alter Vitenſis annos regni XXVII. & menſes III. duntaxat putet. Ita enim legendum, non ut libri editi præferunt, XXXVII. nam Geiſerici regni annos Victor auſpicatur a capta Carthagine Africæ metropoli, quod ex tempore captæ Romæ liquet, quam captam ſcribit anno Geiſerici XV. hoc eſt a capta, ut dixi, Carthagine, ut recte obſervatur a Franc. Balduino. Quatuor illi fuere filii, *Hunnericus Genzo*, ſeu *Gentho*, cui regni partem reliquit pater, *Theodericus*, & *Theodatus*, qui patre ſuperſtite obiit. Porro quantas calamitates Africæ intulerit, dum Catholicam fidem Ariana impietate intra regni ſui fines ſubvertere nititur, pluribus proſecuti ſunt idem Victor Vitenſis, Poſſidius Calamenſis, Proſper Aquitanus, Juſtinianus Imp. & alii ejuſce ævi Scriptores.

HUNNERICUS, major Geiſerici filius, Vandalorum & Alanorum Rex, Ariano pariter ſaicitatus furore, Catholicos per totam Africam atrocior patre perſecutus eſt. Nec in eos ſolos ſævitiam exercuit, ſed etiam in propinquos: nam deſiderans poſt obitum ſuum (verba ſunt Victoris Vitenſis) quod non contigit, regnum ſuum ſtatuere, Theodericum fratrem, filioſque ejus, Gentoniſque fratris nihilominus filios crudeliter cœpit inſequi, quorum nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderii ſui voluntatem auferret. Primo ſciens uxorem Theoderici fratris aſtutam, credo ne forte maritum aut majorem filium, qui prudens & ſapiens videbatur, conſiliis acrioribus adverſus tyrannum armaſſet, crimine appoſito, eam interfici jubet. Poſt occiditur & ille filius magnis litteris inſtitutus, cui ſecundum conſtitutionem Geiſerici, eo quod major omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatur. Et paulo poſt tunc & Gentonis majorem filium, nomine Godegiſum, cum uxore abſque ſolatio ſervili aut ancillæ, crudeli exilio delegavit. Fratrem vero Theodoricum, poſt occiſionem uxoris & filii, nudum atque deſtitutum ſimiliter exulavit. Poſt cujus mortem filium, qui ſupererat, infantulum, duaſque filias ejus adultas, impoſitas aſinis
Edit. Pariſ. pag. 59. longius affligendo projecit. Sed & Comites quamplurimos & nobiles gentis ſuæ objectionibus falſis inſectans, ob hoc quod germano faverent, alios incendit, alios jugulavit, imitato Geiſerici patris, qui ſui fratris uxorem ligam pondere lapidum in Amſagam fluvium Cirtenſem famoſum jactando demerſit, & poſt necem fratris ejus filios interfecit. Et hæc quidem licet prolixiora ex Victore depromere libuit, ut Geiſerici familia innoteſceret. Cæterum Hunnericus, cum prius a Zenone pacem per legatos impetraſſet, inter innumerabiles ſuarum impietatum ſtrages, quas in Catholicos exercuit, interioribus cunctis effuſis, ut Arius pater ejus, miſere finivit vitam octavo regni ſui anno, ſeu ut habet Iſidorus, ſeptimo, menſe V. ut Victor Vitenſis menſe X. anno Chr. cDLXXIV. Uxorem vivente patre duxit *Eudociam*, Valentiniani III. Aug. filiam, ex quo natus *Hildericus*, qui poſt Thraſimundum Vandalis imperavit.

GUNTHAMUNDUS, Genzonis filius, ut produnt Procopius, Theophanes, Hermannus Contractus, & alii, non vero Hunnerici, ut Zonaras, Conradus, Abbas Uſpergenſis & Nicephorus Calliſti, (quibuſdam etiam Hunnerici frater,) adepto Vandalorum regno, pacem Eccleſiæ reſtituit, Catholicis ab exilio revocatis. Fœdere deinc cum Romanis facto, Carthagine moritur anno Chr. cDXCVI. Regni XII. ut habent Procopius, Theophanes & Zonaras, non vero XIV. ut alii.

TRASAMUNDUS, Gunthamundi frater, ut ſcribit Procopius, non vero Hunnerici, ut quidam LIBER XIV. volunt, Gunthamundo ſucceſſit, fratris & patris perfidiam ſecutus, & Ariana inſania plenus, Catholicos inſectatus, eorum Eccleſias clauſit, & in Sardiniam exilio ex omni Eccleſia Africana CXX. Epiſcopos miſit: in quibus fuit Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, cujus præclara extant monumenta. Tandem Carthagine moritur anno Chr. DXVII. æra DLV. cum imperaſſet annos XXVII. Hujus uxor Amalaſrida, Theodorici Regis Italiæ ſoror, quam priore uxore extincta, duxit, poſt conjugis mortem fugiens ad barbaros, congreſſione facta, Capſæ juxta Eremum capitur, & in cuſtodia privata moritur.

HILDERICUS, Gregorio Turonenſi & Paulo Diacono *Childericus*, Victori Tununenſi HILDERIX dictus, Hunnerici ex Eudocia filius, Vandalorum Regnum poſt Traſamundum adipiſcitur, qui non patrem hæreticum, ſed matris Catholicæ conſilia ſecutus, cultor rectæ fidei enituit, Epiſcopos ab exilio revocavit, & Eccleſias aperuit. Hunc Gilimer aſſumpta tyrannide regno privatum, cum filiis carceri mancipavit, ac in ipſo denique Beliſarii occurſu priuſquam congreſſus fieret, interficit. Regnavit annos VII. menſes III. Hilderici filios & nepotes Juſtinianus, capto Gelimere, agris & opibus ſat amplis donavit.

GELIMER, Hermann Contracto, *Geylamer* dictus, Geloridis filius, Gentonis, Geiſerici filii, nepos, Vandalorum regnum occupat, anno Chr. DXXVI. multos nobilium Africæ Provinciæ crudeliter perimit, multorumque ſubſtantias tollit. Adverſus Gelimerem Juſtinianus nocturna viſione Læti Epiſcopi, qui ſub Hunnerico martyrium pertulerat, expeditionem ſuſcipit; & Beliſario exercitus ducatum committit, qui ſub exitum anni DXXXIII. Africam ingreſſus, hanc intra III. menſes Romano ſubdit Imperio, hoc eſt Kal. Sept. ad Kal. Decemb. cum in exercitu V. duntaxat militum millia haberet, Gundimero, Gebamundo, & Tzazone, ſeu Zatinone, Gelimeris fratribus primum ſuperatis & cæſis, mox ipſo Gelimero fugato, & expugnata Carthagine. Inſequenti vero anno Beliſarius Gelimerum tota obſeſſum hyeme in poteſtatem recepit, & Conſtantinopolim treduxit ad Juſtinianum, IV. ejus Conſulatu, quo facto, ſparſam de ſe in Africa tyrannidis calumniam abſterſit. Tum ingens decus conſecutus eſt, repræſentato longo intervallo veterum triumphorum ſpecie, pag. 60. quorum ille ritu & apparatu, niſi quod pedes ambulabat, captivis ante ſe traductis, inque his Gelimero ipſo, cum illud identidem clamaret, *Vanitas vanitatum, &c.* Poſt triumphum agro in Galatia donatus eſt Gelimerus, neque, quod Arianam ejurare nollet hæreſim Patricius eſt factus. Exhinc receptæ inſulæ, Sicilia, Baleares, Corſica, Sardinia, & aliæ.

Extinctum eſt Vandalorum regnum in Africa anno XCV. poſt occupatam Carthaginem, poſt eorum vero in Africam ingreſſum CVI. unde caſtigandi Scriptorum plerique, Marcellinus nempe, qui captam Carthaginem anno excidionis ſuæ XCVI. Victor Tununenſis, qui anno XCVII. ingreſſionis Vandalorum: Marius Aventicenſis Epiſcopus anno XCII. captum Gelimerum, & expugnatam Africam ſcribunt: quamquam ſatis apparet eoſdem auctores Africæ captivitatem auſpicari a capta Carthagine, a qua etiam Victor Tununenſis annos regni Hunnerici putat, quantumvis ab ingreſſu Vandalorum interdum calculum inire videantur. Ita Juſtinianus Imperator Africam per XCV. annos a Vandalis captivatam, brevi tempore libertatem recepiſſe ſcribit.

Ἀνηλωῖται δὲ) Vide Anaſtaſium Bibl. in Agapeto.

Μηνᾶς) Anaſtaſium in Agapeto: *Tunc piiſſimus Auguſtus Juſtinianus rogans beatiſſimum Agapitum Papam, & in loco Anthimi Epiſcopum conſecravit Catholicum nomine Mennam.* Ubi obſervandum eumdem Pontificem Conſtantinopolit. ita ſemper indigitari in Conciliis & apud Scriptores Latinos, non vero *Menam*.

LIBER XIV. Τὸν βίον κατέλυσε) Obiit Menas ἐν γήρᾳ πίονι, πλήρης καὶ ἔτι κατὰ Θεὸν ἡμερῶν ὑπάρχων, ut ait Euſtathius in vita S. Eutychii Patr. CP. num. XXIII.

Εὐτύχιος) Menæ ſucceſſit Eutychius, tum annos natus XL. ut eſt apud eumdem Euſtathium n. XXVI.

Ἡ πέμπτη Σύνοδος) Vide eumdem Euſtathium n. XXVIII. XXIX. &c.

Βελισάριον) Βελισάριον MSS. omnes, Procopius, & alii. Cum duplici λ effert etiam Theophanes.

Ὁ δὲ Βελισάριος) Vide Anaſtaſium Bibl. in S. Silverio PP. initio, & alios.

Ὁ μέντοι Μηνᾶς) Illius memoriam agunt Græci XXV. Aug Menæa.

Ἡ πέμπτη) Sanctorum Patrum qui Quintæ Synodo interfuerunt memoriam celebrant Græci XXV. Julii.

N. 9. Καὶ βασιλεία) Procop. l. II. de bello Goth. c. XXX.

Ἐκεῖθεν μετεκαλέσατο) Gregorius Turon. l. III. cap. XXXII. *Cumque Imperator vidiſſet, quod Beliſarius crebrius vinceretur, amoto eo, Narſetem in ejus locum ſtatuit: Beliſarium vero Comitem ſtabuli, quaſi pro humilitate, quod prius fuerat, poſuit.*

Καθιερώθη) Celebrata ædis Sophianæ ſecunda Encænia XX. Decembris Theophanes, XXIV. ejuſdem menſis Chronicon Alexandrinum annotant. At Menæa ita diſtinguunt: ad XXII. Decemb. *Τὰ θυρανοίξια τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὸ φωτοδρόμιον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας.* Et ad XXIII. ejuſdem menſis: *Τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας.*

Τῶν Σηρῶν νήματα) Procop. l. IV. de bello Goth. c. XVII.

Καὶ ἐσφάλετο μὲν) Ter in Juſtiniani offenſionem venit Beliſarius: ac ſemel quidem poſt devictos Vandalos, tyrannidis inſimulatus, ex Africa revocatus, poſt C Baſilii anno IV. ut ſcribit Marcellinus Comes: *Beliſarius de Oriente evocatus in offenſam periculumque incurrens grave, & invidiæ ſubjacens, rurſus remittitur ad Italiam.* Rem etiam prodit Procopius lib. XXI. de Bello Vandal. & in Hiſt. arcana cap. XVIII. Rurſum Theodora Auguſta inſtante, in gratiam Antoninæ uxoris, conjugi tum infenſæ, illo non modo exauctorato, ſed & omni ſatellitio privatus, adeo ut ſolus urbem obiret cogitabundus ac triſtis, ac ſibi de imminente cæde timens, ut narrat idem

Edit. Pariſ. pag. 61. Procopius in Hiſt. arcana cap. IV. & ex eo Conſtantinus Manaſſes p. 66. tertio denique, jam ſenex, poſt devictus urbem laceſſentes Hunnos anno Juſtiniani XXXII. tamquam popularis auræ blanditiis inſoleſcens, aliaſque ſpes animo volvens, juſſu Imperatoris omni ſatellitio ſpoliatus, domi ſub cuſtodia detentus eſt, ut narrant Agathias lib. V. & alii: ſed anno XXXVI. Julii menſis X. in priſtinum gradum reſtitutus eſt. Denique anno XXXVIII. menſe Martio Byzantii moritur, facultateſque ejus omnes ædi Marinæ, ſeu ærario publico, addicuntur, ut prodit Theophanes. Ex quibus falſum eſſe colligitur quod ſcribit Fredegarius in Hiſt. Francor. Epitomata cap. L. & ex eo Almoinus, Beliſarium a Francis in Italia interfectum. Hanc igitur poſtremam Beliſarii calamitatem hic intelligit Zonaras, quæ occaſionem præbuit fabuloſis quibuſdam Græcis Scriptoribus confingendi, effoſſis oculis, in trivio mendicaſſe obolos Beliſarium, quod de Joanne Cappadoce viro Patricio, Exconſule, & Præfecto Prætorii inaudierant ex eodem Procopio lib. I. de bello Perſico extremo, quem ἄρτον ἢ ὀβολὸν ἐκ τῶν προσιόντων petiiſſe ſcribit. Simile quiddam præterea narrat Leo Grammaticus in Michaele Theophili filio p. 467. de Symbatio Armenio, Cæſaris genero, qui rebellaverat. Captus enim, altero ex oculis effoſſo, & dextra ejus amputata, ad ædem Lauſi ſtatuitur, καὶ διδόασι σκεῦος ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἔχων προαίρεσιν ἐπιρρίπτῃ αὐτῷ τι, &c. LIBER XIV

Περὶ τὰ παλάτια) Vide Euſtathium in vita S. Eutychii n. XXXIII.

Αἵρεσιν ἀλλόκοτον) Vide Evagrium lib. IV. cap. XXXVIII. & Baronium.

Τὸν Πατριάρχην Εὐτύχιον) Hujus memoriam agunt Græci VI. Aprilis, ut eſt in Menæis, vitam vero ſcripſit Euſtathius, editam a Papebrochio.

Εἰς Ἀμάσειαν) Primo in inſulam Principis, deinde Amaſeam relegatur Eutychius. Idem Euſtathius n. XL.

Βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτὼ) Sumpto principatus initio a I. April. indict. V. quo a patruo Juſtino Imperator appellatus eſt, uti monuimus in Familiis Byzantinis, & ut ipſemet Imperii ſui annos putat in Novella XLVII.

Σοφιανὰ) De Sophianarum Palatio multa congeſſimus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. Sect. XII. N. I. Illius præterea meminit Anonymus MS. in vita S. Stephani Jun. ubi de Copronymo: ἐν τῷ αὐτῷ παλατίῳ, ἔνθα ἐξ τῆς μητρὸς αὐτοῦ προσοικειωθὲν ἐπωνόμαστο ἐπιλεγομένῳ Σοφιαναῖς. N. 10.

Αἱ δὲ πρὸς Πέρσας) Bellum a Juſtino Perſis illatum ad annum V. revocat Joan. Biclarienſis: de quo agunt præterea Evagrius lib. V. cap. VII. Theophanes & Cedrenus an. VII. &c.

Ἀνθῶν) Idem Theophanes an. VII.

Μαρτῖνον) Sic appellatur a Theophane: Marcianum vocat Evagrius lib. V. cap. VIII.

Ὁ δὲ τῶν Περσῶν) Perſas cum Romanis Pacis fœdera rupiſſe an. VIII. Juſtini auctor eſt Biclarienſis. At quem Hormiſdam Theophanes & Zonaras, Choſroem vocat Evagrius lib. V. cap. IX. X. XI. & XII. ubi & de Adarmane & Martini exauctoratione pariter agit.

Σπονδὰς ἔθεντο) Evagrius lib. V. cap. XII.

Κόμητα) Notarii dignitatem obiiſſe Tiberium ſcribit Euſtathius in vita S. Eutychii Patr. Conſtantinopol. n. LXVI. ſcilicet *ordinis primi*, quomodo eam vocat Lactantius in libro de Mortibus perſecutorum cap. X.

Προσεκαλέσατο) Euſtathius in vita S. Eutychii Patr. Conſtantinopol. n. LXX. & ſeqq.

Καὶ ἐκλελοιπότος) Obiit S. Eutychius ea Dominica quam Græci διακαινήσιμον, Latini, *in albis* vocant, V. April. an. Chr. DLXXXII. Euſtath. n. XCVI. Poſtridie illius memoriam agi obſervant Menæa. N. 11. pag. 62.

Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς) Cujus memoriam & Synaxin agunt Græci II. Septemb. & Encomium deſcripſit Calliſtus Patr. Conſtantinopol. quod habetur in Cod. Reg. CCLXXVI. Hujus Canones Pœnitentiales edidit Morinus in libris de Pœnitentia; Praxin vero ab eo Græcis præſcriptam in confeſſione peragenda, Leo Allatius lib. III. de utriuſque Eccl. conſenſione cap. XVII. n. X.

Ὁ τῶν Ἀβάρων) Joan. Biclarienſis an. I. Tiber.

Βιασάμενος) Codd. MSS. βιασάμενος τοὺς τεχνίτας πρὸς τὴν ταύτης οἰκοδομήν, ἵνα δὲ αὐτοὺς ἀμοιβαῖς τιμησάμενος, &c.

Νίκην) Codd. MSS. νίκην ἀπαγγείλαντας ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι.

Ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι) Theophan. an. IV. Tiberii.

Μαυρίκιον) Joan. Biclarienſis an. II. III. & IV. Tiberii.

Χαγάνου) Varias Chagani Avarum in Imperii Provincias excurſiones ſubinde memorat Theophylactus Simocatta in Hiſt. Mauriciana, & ex eo alii; ſed nullus, ni fallor, meminit Theſſalonicæ ab eo obſeſſæ, & S. Demetrii ope ab ea obſidione liberatæ, de qua laudatur a Leone Allatio in Diatriba de Simeonibus, narratio ſcripta ab auctore qui ipſo Mauritio imperante vixit, & prorſus in obſidione ſcripſit. N. 12.

Μαρτυρόπολιν) Cujus urbis meminit præ cæteris Simocatta lib. IV. cap. XV. & Theophanes an. V. Mauricii.

Γυναικείαν ἐσθῆτα) Simocatta l. III. c. VIII. Theophan. p. 222. Vide Notas ad Cinnamum p. 431.

 Ἐπελθόντες) Simocatta lib. IV. cap. III. IV. V. VI.

Χοσρόης) Idem Simocatta lib. IV. cap. VII. Theophan. an. VII. Mauricii.

Κατὰ Βαράμ) Simocatta lib. IV. cap. IX. & ſeqq.

Ἀποδιδράσκει) Simoc. lib. IV. cap. X. Chronic. Alexandr. an. IX. Mauricii.

Τὸ ῥέκτον) Simoc. l. V. c. X. Theoph. an. VIII. Mauricii.

Λέγεται δὲ) Simoc. lib. V. cap. XV.

Τὸν μέγαν Βασιλέα) Eo quippe titulo donati Perſarum Reges. Vide Diſſert. XXVII. ad Joinvillam.

Ἦλθεν ἐνιαυτὸ) An. Mauricii IX. Simoc. lib. V. c. XVI.

Γαμεῖ τε) Theophan. an. XIII. Maur.

Γράμματα πρὸς Πρίσκον) Simoc. lib. VI. cap. V.

Σπένδεται) Huc ſpectant iſta Joannis Tzetzæ Chil. III. cap. LXII.

> Ο δ' ἰατρὸς Θεόδωρος ποτὲ ἐκ Μαυρικίου,
> Χαγάνου ἐφιλίωσε τῷ γένει τῶν Ῥωμαίων,
> Εἶτ' οὖν τῷ τῶν Σκυθικῶν ἐπ' ὀφθαλμοῖς ...
> Καὶ διαιρεθεὶς τὸ εἶδος καὶ τὸ κρεῖττον τῆς τύχης,
> Παιδεύσας ἀπεξάμενος, καὶ τοῦτον κατανεύσας,
> Καὶ πρὸς φιλίαν καὶ σπονδὰς ἀϊδίους μετατρέψας.

Ἐν Χρυ ... σωπολουμένῳ) Theophan. an. XII.

N. 13. Mauric.

Κυριακὸς) Chron. Alexandr. an. XII. Mauricii.

Πάντας ξίφεσιν ἐξεδίδωσε) Hanc captivorum cædem ad an. XVIII. Mauricii referunt Theophanes & Cedrenus, de qua prorſus ſilet Theophylactus Simocatta. Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ. καὶ μετὰ τοῦτο κατεδέξατο τὸ Βασιλεὺς, ἐφονεύθησαν ὁ βάρβαρος αἰχμάλωτα χιλιάδας ιβ'. ἐν τῷ χωρίῳ τοῦ Τρεβιζωνδίου, τῷ ὄντι πλησίον τὰ Ἑβδόμου. Sed an Avares ad urbem uſque tum acceſſerint, vix eſt ut credam, cum ad Singidonem hæc ferme geſta ſcribantur.

Edit. Pariſ. pag. 63. Ἱκετεύει τῷ Θεῷ) Glycas ſeu Zonaras Epiſt. XXVI. ἀλλὰ καὶ ὁ Βασιλεὺς Μαυρίκιος ἁμαρτίαν πορευσάσων μείζονα τοῦ ἀφεθῆναι αὐτῷ, μυριοπλασίω γὰρ τρισὶ μαχαίρᾳ παρέδωκε βαρβαρικῇ, ἀνάγκαις ἀνδρῶν ὁσίων ἐξέφυγε τὴν αἰωνίζουσαν κόλασιν.

Τοῦτο γνοὺς) Simocatta l. VIII. c. VI. VII.

Θεοδόσιον) Simocatta l. VIII. c. IX.

Τειχίσμασι) Simocatta l. VIII. c. VIII. IX.

N. 14. Διὰ τόπου) Id eſt βάθρα. Theophanes habet, διὰ τοὺς τόπους, in quibus ſedere conſueverant, unde docemur cur τόπων appellatio indita ſit urbis tractui, de quo egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. II. p. 180.

Ἀπιδι) Theophanes p. 243. Huc referri poteſt quod ſcribit Busbequius in Epiſt. I. legationis Turcicæ, Prætorianos milites Turcicos, quos Genizarios vocant, cum congiaria a ſupremo Sultano petunt, ſi recuſantur, ſubinde hæc ei verba inferre, *Salvus ſit frater, fratrem nobis Deus ſervet*. Quibus quidem verbis minantur ſe Sultanum de medio ſublaturos, fratremque illius ad Imperii faſtigium educturos.

Μάθε κατάστασιν) Ita etiam Theophanes, ubi Miſcella: *Vade, diſce ordinem*, id eſt, *diſce modeſte agere*, ut recte vertit Goarus, vel ut Wulfius in Notis, *Diſce modeſtiam*. Ea enim vis eſt vocis Κατάστασις, ut in Gloſſ. med. Græcit. docemus.

Εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα) Ita Scriptores omnes Byzantini, ex quibus errare conſtat Joannem Tzetzem Chil. III. cap. LXXXV. qui in Circo cæſum ſcripſit:

> Τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν ἐῶ τοῦ Μαυρικίου,
> Πῶς σὺν συζύγῳ καὶ παισὶ Φωκᾶ τοῦ τυραννοῦντος
> Ἐξεδιωκίσθη προρρίζως μέσον ἱπποδρομίου.

Extitit etiam Conſtantinopoli tractus Eutropii dictus, cujus mentio eſt in excerptis Hiſtoricis in Cod. Reg. MCCCXXXIV. Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Τζιμισκῆ, σεισμὸς ἐγένετο οἷος οὐκ ἄλλος· ὅτε καὶ ἡ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἁψὶς διερράγη, καὶ ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου τεῖχος κατεβλήθη, ὅτι καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ μοναχῆς, τοῖς δικαστηρίοις ἐναπεπνίγη ῥεύματι.

Μεγαλοψύχως) Non defuere qui Mauricium inter Martyres collocavere, atque in primis auctor vitæ S. Joannis Jejunatoris, in Concilio Niceno II. act. IV. καὶ διεπορθώμεθα σωὶ τάχει πολλῷ, ὡς δεῖ καὶ τὸ ἀντίτυπον γῆν Μαυρίκιον τὸν Βασιλέα καταλαμβάνοντες, Μαυρίκιον τὸν πάλαι μὲν δικαιότατον καὶ φρονιμώτατον, νῦν δὲ ἤδη καὶ μάρτυρα· τοῦτο γὰρ ἡ βίβλος αὐτῷ δρᾶμα ἐποίησεν καὶ μὴ βουλόμενος ἐχαρίσατο.

Στέμμα προσήνεγκε) MSS. Codd. στέμμα τῷ βασιλεῖ τετιμηκόσι λίθοις, &c.

Κεκοσμημένον) Codd. MSS. καὶ αὐτῷ προσήνεγκαν.

Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ) Simocatta l. VII. c. XV.

Δολοῖ γοῦν) Chronicon Alexandr. an. I. Phocæ, Theophanes anno XVIII. Maur.

Τῷ Μαυρικίῳ) Τὰς αἰχμαλ. ἐκπρίασθαι ἐν ἐφ' ἑκάστῳ καταβαλόντι νόμισμα.

Καὶ ὁ Χαγάνος) Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν αἰχμαλώτων λαβεῖν γοῦν νομίσματος ἥμισυ.

Μοναχός τις) Simocatta l. VII. c. XII. Theophan. an. XIX.

Ἱκετεύει τῷ Θεῷ) Simocatta lib. VIII. cap. VIII.

Φήμη δὲ) Theophan. an. XX.

Ὄναρ) Theophan. an. XX.

Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος) Scribit Georgius Monachus in Lacapeno n. XIII. iſtius Auguſti ætate inventas tres ſepulcrales urnas in æde S. Mamantis, alteram cum figuris ac imaginibus, & alias duas abſque figuris illiſque in Myrelæi Monaſterium ab ea conditum delatas. Verba Georgii ſunt: Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσιμώτατος πρωτοσπαθάριος Ῥωμανοῦ Βασιλέως ἤγαγε λάρνακα ἐξ ὄνυχος, καὶ ἕτερα δύο γλυφὰς ἀμοιροῦντα, ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρείας τοῦ πλησίον ὄντος τῶν Ξυλοκίρκου λεγομένης πόρτης, ἐν αἷς φασὶν ἐνταφιασθῆναι Μαυρίκιον σὺν αὐτοῦ παισίν· ἃς καὶ ἀπετέθη εἰς τὴν τοῦ Βασιλέως μονήν, ἤτοι εἰς Μυρέλαιον. pag. 64.

Φαρασμάνης) Alius a Pharaſmane Colcho cujus meminit Procopius lib. I. de bello Perſico cap. VIII. & lib. II. de bello Vandal. cap. XIX. ſiquidem is Eunuchus non fuit, cum pater dicatur Zaanæ.

Τὰ ἐρμηνευθέντα) Recitat præterea Mauricii Epitaphium Cedrenus quod verſibus Latinis totidem reddiderat hoc loco Wolphius, ut & aliis Xylander apud eumdem Cedrenum: ſed verſionum iſtarum loco longe antiquiorem & venuſtiorem ex Epigrammatum veterum collectione Pithœana hic inſerere operæ pretium viſum eſt.

Ἀρχίῳ) Ita Codd. MSS. At Cedrenus & Conſtantinus Manaſſes p. 178. λαχείῳ habent.

Ὁ Ναρσῆς) Theophan. & Cedrenus an. I. & II. Phocæ.

Φιλιππικὸς δὲ) Theophan. an. IV. Phocæ. Obiit an. DCXII. Heraclio imperante. Niceph. CP.

Κυριακοῦ) Obiit Cyriacus XXIX. Octob. anno IV. Phocæ, ut eſt in Chronico Alex.

Θωμᾶς) Creatus XXIII. Januar. anno V. Phocæ. Idem Chron. Illius memoriam agunt Græci XXI. Martii, ut eſt in Menæis.

Ἀβάρεις) Quorum frequens mentio in Francicis Annalibus. Chronicon S. Vicentii de Vulturno p. 691. *a Cacano Rege Avarorum, qui & Hunni dicuntur*.

Ἀναιρεῖσθαι) Ita etiam Theophanes & Cedrenus an. VII. Phocæ: at Chronicon Alex. an. VIII. ejuſdem Phocæ a militibus interemptum ait.

Ἐτελεύτησε) Moritur Thomas Patr. XX. Martii anno VIII. Phocæ. Chronic. Alex.

Σέργιος) XXII. Martii. Chron. Alex.

Πρίσκος) Qui Criſpus dicitur eidem Zonaræ in Heraclio, Nicephoro CP. & Cedreno. Vide Stemmata Byzantina.

Εἰκόνι) Vide Nicephorum CP. Theophanem, Cedrenum, &c. Λαυράτα vocat ejuſmodi imagines Theophanes an. V. Phocæ. Ut vero eæ in Circum deducerentur, docet Chronicon

Digitized by Google

LIBER XIV. Alexandrinum p. 876. a candidatis ſcilicet, & cum cereis accenſis, μετὰ κηρεξίων, quomodo videre eſt etiam in Notitia utriuſque Imperii, ubi de Præfectis Prætoriorum.

Ἐπὶ ἀμβῶνος) Nicephorus CP. Theophanes.

Οὕτως ἄδηλα) Eadem habet Nicephorus CP.

N. 15. Οἱ δέ γε Πέρσαι) Niceph. CP. an. DCXVI. Theophan. an II. Heracl.

Ἐκ γὰρ τῶν) Theophan. an. II. Heracl.

Κύρου τι) Niceph. CP. an. DCXII. incendio damnatam, non conſumptam tradit, cum ſeſe ſubduxiſſet.

Πρίσκον) Niceph. CP. an. DCXVI. Theophan. & Cedren. an. IV. Heracl.

Εἰ μὴ τῶν ἐναγομένων) Theophan. & Cedren. an. VIII. Heracl.

Πρὸς τὸν Χαγάνον) Niceph. CP. an. DCXIX. Theophan. an. IX. X.

Δορυκλαίτων χελάνδια) Vide Niceph. CP.

Καὶ ὁ βασιλικός) Niceph. CP. an. DCXI.

Τοῦ Νικήτα) Niceph. CP. an. DCXII.

Ἐνανιζάξω δὲ) Niceph. CP. an. DCXII.

Οἱ γαμβρὸν) Nicephorus CP. Ὡς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, φίλον πῶς ἂν ποιήσεις. Ubi Petavius legendum cenſet, ut & apud Zonaram, ἢς, pro ὡς, vel ὅς. Ego vero apud Nicephorum vocem, ὅς, reponendam cenſuerim, uti apud Zonaram reperitur, cum per, ὡς, nulla poſſit elici conſtructio. Horum igitur verborum ſenſus eſt, *qui affinem non feciſti, qua ratione amicum feceris?* Galli dicerent, *vous qui n'avez pu faire un allie', comment ferez-vous un amy?* Ea enim eſt vis vocabuli γαμβρός, qua utuntur paſſim Byzantini Scriptores pro eo qui per connubium affinitatem cum aliquo iniit, quemadmodum Criſpus cum Phoca. Proinde expunximus vocem ἕως, quam in textum immiſerat Wolphius, quæ abeſt ab omnibus MSS. Sed & is poteſt dari ſenſus verbis ποιεῖν γαμβρὸν, & φίλον, quomodo nos Galli vocem *faire* uſurpamus: *vous qui n'avez pu faire le genre, comment ferez-vous l'amy?* id eſt, qui te ut generum non præſtitiſti, quomodo te amicum præſtabis? Chronicon MS. Georgii Hamartoli: Γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, τολμήσας, καὶ πῶς ἂν φίλον ποιήσεις· εἶτα κληρικὸν αὐτὸν κατασχὼν, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας περιώρισεν, ἐν ᾗ μετ' ὀλίγον τὸ πέρας τοῦ βίου ἐδέξατο. Poſt φίλον, addit Cod. MS. ἀλλὰ δή.

Edit. Pariſ. pag. 65.

Κληρικὸν γενέσθαι) v. Decembr. an. II. Heraclii. Chron. Alex. In Clericum igitur attonſo Criſpo, Heraclius milites ita allocutus, ὁ ποτὲ Κρίσπος ὑπουργῶν ὑμᾶς ἕως τοῦ νῦν εἶχε, &c. ubi vox ποτὲ Clericis convenit, non copiarum ducibus, uti vult vir magnus.

Ἀστηρόν τι πλῆθος) Chronic. Alexandr. an. IV. Heracl. Theophan. & Cedren. an. V.

Σάρβαρον) Niceph. CP. an. DCXV.

N. 16. Ὁ Χαγάνος) Totam hanc hiſtoriam præter Nicephorum Conſtantinopolit. an. DCXXVI. Chronicon Alexandr. an. XI. Heraclii, Theoph. an. XII. XIII. XIV. XV. &c. perſtringit Anonymus Scriptor in feſtum τῆς Ἀκαθίστου, editus a Combefiſio p. 808.

Ὁ Βῶνος) Dignitate Magiſter, cujus mortem ad XI. Maii anno XVII. Heraclii refert Chronicon Alexandrinum. Vide Nicephor. Conſtantinopol. anno DCXXII. & DCXXVI. & Theophanem an. XII. Heraclii.

Διαφθείραν) Victoriam hanc contra Avares narrant præ cæteris Nicephorus Conſtantinopolit. in Heraclio pag. 5x. I. Edit. quam etiam attigit Georgius Piſides iſtius ætatis Scriptor, in verſibus Iambicis, Εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν, quos hactenus ineditos, ex Cod. Reg. hic deſcribemus.

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ Θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς Παρθένου.
Ἡ γὰρ φέρουσα τὸν Θεὸν ταῖς ἀγκάλαις,
Φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.
Ἐνταῦθα τοὺς γῆς οἱ κρατοῦντες τεταγμένοι
Τὰ σκῆπτρα πιστεύουσι τῆς νίκης ἔχειν.
Ἐνταῦθα πολλοὶ κοσμικοὺς προσκτήσεις
Ὁ Πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει.
Οἱ βάρβαροι δὲ ὑπερβάλλοντες τὴν πόλιν,
Αὐτὴν στρατηγοῦσαν ὡς εἶδον μόνον,
Ἔκαμψαν εὐθὺς τοὺς ἀκάμπτους αὐχένας.

Ἄλλοι.

Δεῖ γίνεσθαι δεύτερον Θεοῦ πύλην,
Τῆς Παρθένου τὸν οἶκον, ὡς καὶ τὸν τόκον,
Κλείουσι ἔσω τοὺς αὐτοὺς ἐνδοτέρω,
Οὐ τὰς πύλας φέρουσι τοὺς διαγράφους,
Ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν Θεὸν δεδεγμένην.
Ἐνταῦθα κρουνοὶ σωματικῶν παθημάτων
Καὶ ψυχικοὶ λυτρῶσαι ἀγνοημάτων.
Ὅσαι γὰρ εἰσὶ προσβολαὶ παθημάτων,
Βλύζει τοσαύτας δωρεὰς τῶν θαυμάτων. pag. 66.
Ἐνταῦθα νικήσασα τοὺς ἐναντίους,
Ἀπώλεσεν αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ.
Τροπαῖα γὰρ ἀκαίωτα οὐκ ἔχει μόνον
Θεὸν τεκοῦσα, καὶ κλονοῦσα βαρβάρους.

Τμηθὲν τὸ πυρεῖον) Τὰ πυρεῖα. Nicephor. Conſtantinopol. an. DCXXV. Ναὸς τοῦ πυρός, Theophanes an. XIII. Heraclii. Joannes Tzetzes cap. LXVI.

Ἑπτὰ δὲ χρόνους πολεμῶν Ἡράκλειος τοῖς Πέρσαις,
Σκεπτὸν Περσίδα σύμπασαν, καὶ πυρπολῶν, καὶ κτείνων,
Καὶ τὸν πυρφόρον εἴρημον κατέκαυσεν ἐκεῖνον,
Σὺν τοῖς Χοσρόου σύμπασιν οἷς εἶχεν ἀνακτόροις,
Καὶ πῦρ Περσῶν κατέσβεσεν, ὅπερ εἰς σέβας εἶχον.
Ἐκ περιττοῦ μὲν ἀναφθὲν ὑπὸ Περσῶν πάλαι,
Ἀνασταθὲν δὲ πυραῖς τοῖς ἀσβεστοῦχοις,
Καὶ συνεχέσι δὲ πυρραῖς, μεγάλαις, λαβροτάταις,
Ἐπιμελῶς τηρούμενον μέχρι τοῦ τότε χρόνου,
Τῷ Ἡρακλείῳ δὲ σβεσθὲν, μέγα πένθος Περσίδι.
Ὡς χρονικοὶ ταῦτα φασὶ, καὶ σὺν αὐτοῖς Πισίδης.

De Pyræo vide obſervata a Briſſonio lib. II. de Regno Perſar.

Τὸν Σάρβαρον ἀνελεῖν) At hæ fictæ fuerant ab Heraclio litteræ. Niceph. CP. an. DCXXV.

Ἐπὶ τούτοις) Niceph. CP. an. DCXXVIII.

Διὰ ταῦτα) Aliis verbis hæc recitat Nicephorus CP.

Ἐγκρατὴς ὢν) Chronicon Alexandr. an. XVIII. Heracl. Nicephor. CP. an. DCXXVIII.

Μετ' ἀθροίσεως καὶ κρότων) Hunc apparatum Nicephorus CP. Theophanes & Cedren. an. XVIII. memorant. N. 17.

Ὁ τῶν Ἰακωβιτῶν Καθολικὸς) Athanaſius. Theoph. an. XX. Heracl. Cedren. an. XXV.

Κῦρον) Φασίδος ἐπίσκοπον. Theoph.

Τῷ Σωφρονίῳ) Theophan. an. XX. Heracl.

Σεργίῳ) Niceph. CP. ſub indict. XII.

Μωάμεδ) Theophanes an. XII. XXI. Heracl. Cedren. an. XXI.

Τὴν τε Συρίαν) Quando primum Saraceni Mahumeto Duce Romanorum Provincias incurſare cœperint, docet Stephanus Mathematicus apud Conſtantinum Porph. de Adm. Imp. cap. XVI.

Καὶ τῶν Ῥωμαίων) Huc referri debent quæ habet Scriptor Chronici Orientalis in Benjamino Patr. Alexandrino: *Heraclius autem Imperator in ſomnio vidit quemdam ſibi dicentem, Futurum eſt, ut gens quædam circumciſa te invadat, ſuperet, & tui partem occupet Imperii: qui Judæos hos eſſe ratus eſt. Quamobrem omnes Judæos & Samaritanos qui in Imperio ejus erant, baptizari juſſit. Sed non multo poſt apparuerunt Moſlemani, quamobrem Heraclius omnes ſuos collegit exercitus ab Ægypto uſque Aſuanem, & tributum appendit Moſlemanis octo annis donec exhauſti ſunt omnes ejus theſauri.* Qua quidem tempeſtate, anno ſcilicet XXI. ſeu ut alii volunt anno XXVIII. Heraclii, Antiochia in eorum poteſtatem venit, quod & tradit Aythonus in Hiſt. Orient. cap. XV. *Anno Dom. DCXXXII. maledictum ſemen perfidi Mahumeti regnum Syriæ introivit, & Saraceni expugnantes Damaſci opulentiſſimam civitatem, de manibus Græcorum, qui illam longo tempore tenuerant, abſtulerunt, & poſtea in brevi tempore totum regnum Syriæ occupaverunt. Poſtea vero obſederunt magnam Antiochiæ civita-*

by Google

LIBER XIV. *tem, in qua Græci illo tempore morabantur. Imperator Heraclius Auguſtus Romanum adminiſtrans*
Edit. Pariſ. pag. 67. *Imperium hoc audiens miſit magnum ſubſidium Græcis, ut civitatem tuerentur a perfidis Saracenis: & dum gentes Imperatoris Heraclii ad quandam planiciem perveniſſent, quam Poſſene nominant, Saracenique ex oppoſito venientes, cum eis bellum crudeliſſimum inierunt. Magna fuit quidem altercatio inter eos, ſed obtinuerunt finaliter Agareni, & in illo conflictu bellatorum innumerabilis cecidit multitudo, & uſque nunc apparent ibi oſſa cadaverum in maxima quantitate. Unde accidit quod Græci qui in civitate degebant, nimio pavore perterriti, ipſam civitatem Antiochiæ Saracenis cum certis pactis & conventionibus reddiderant.* Deinde ut Ciliciam, Paphlagoniam, Lycaoniam, & alias Aſiæ provincias invaſerint Sarraceni, narrat. Adde Nicephor. Conſtantinopol. pag. 69. 1. Edit. Cedren. p. 429. Sigebert. an. DCXL. &c.

N. 18. Μεταβαίνει) Aliis verbis tres Codd. Regii: Ἡ δὲ βασιλεία καὶ τὰ τῆς αὐταρχίας εἰς τὸν ἐκείνου υἱὸν τὸν Κωνσταντῖνον μεταβεβήκασι, τὴν δὲ τοιαύτην ἡγεμονίαν ὀλίγον διαδεξάμενος., &c. Cod. alius: Ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ μεταβαίνει ἡ αὐταρχία πρὸς τὸν υἱὸν, &c. Sic in verbis ſervato ſenſu variant interdum Codices.

Γρηγορία) Anaſtaſiam vocat Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem. Phil. in eodem Conſtantino: οὗτος φαρμακεύεται ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρυιᾶς Μαρτίνης, καταλιπὼν τὸν υἱὸν Κώνσταν· ἐντεῦθεν δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ Ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ. Γυνὴ δὲ τούτου Ἀναστασία, ἣ ἐξ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν συνετάφη τῷ ἀνδρί. Hic conſentit Cedrenus. Vide conjecturam noſtram in Familiis Auguſtis Byzantinis.

Κωνσταντῖνος) Quem & Heracleonam cognominatum ſcribit Georgius Hamartolus in Chronic. MS. μετὰ δὲ Ἡράκλειον, ἐβασίλευσεν ὁ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ λεγόμενος Ἡρακλεωνᾶς, μονοθελήτης καὶ αὐτός.

Ἀλλὰ τῷ ἔτει) In Codd. MSS. ἀλλ' ἓξ ἔτεσι τέχισι.

N. 19. Φοίνικα) Iſtius portus videtur meminiſſe Codinus in Orig. Conſtantinopol. n. CXII.

Περιώνυμον Κολοσσόν) Eudocia Macrembolitiſſa uxor Diogenis Romani in Joniis MSS. ὁ Ῥόδιος ἄλλα τε ἔργα θαυμαστά, ἐξ τὸν τοῦ Ἡλίου δὲ κολοσσόν, Χάρητος ἔργον, ἀνδρὸς Λινδίου· ὁ δὲ Λίνδος πόλις ἐν Ῥόδῳ, Κυμάτων τοῦ Ἡλίου καὶ Κυδίππης τῆς Ὀρχίμου θυγατρὸς κτίσμα, πήχεων ἑβδομήκοντα, καὶ ἐν τῷ αὐτοῖς ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι. Ἐπὶ Σελεύκου καὶ γὰρ τοῦ Νικάνορος οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἀνέστησαν τοῦτον τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα· ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν Κολοσσόν, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσαεῖς ὀνομάζονται ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου. Ἐπὶ δὲ Κώνσταντος ἐγγόνου Ἡρακλείου οἱ Σαρακηνοὶ τὴν Ἀσίαν γῆν πᾶσαν, καὶ Δαμασκόν, καὶ τὴν χώραν πᾶσαν τῆς Φοινίκης κατέσχον· ἐπεὶ δὲ καὶ περιφανεῖς γενόμενοι τῆς Ἀσίας γῆς ἐκράτουν, ἐξ σφόδρα πλεονάσαντες καὶ περιχυθέντες, ἐξέπλευσε πλοῖα πάμπολλα Μαυΐας ὁ τούτων ἀρχηγός, καὶ τὴν Ῥόδον κατειληφώς, τὸν Κολοσσὸν μετὰ γιξ' ἔτη τοῦ αὐτοῦ ἱδρύσεως καθεῖλεν· ὃν Ἰουδαῖός τις ἔμπορος ὠνησάμενος, ἐνακοσίας καμήλους ἐφόρτωσε τὸν χαλκὸν Κολοσσοῦ. Τινὲς δὲ φασὶν κλασθέντα αὐτὸν ὑπὸ γενομένου σεισμοῦ πεπτωκέναι. Vide Conſtantinum Porphyrogenitum de Adm. Imp. cap. XXI. ex Theophane, & quæ annotat Allatius ad librum de VII. orbis miraculis.

Ἔλεγε γὰρ δεῖν μᾶλλον τὰς μητέρας, &c.) Quædam in hanc ſententiam, adducto etiam Zonaræ loco, annotavimus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana lib. I. pag. 35. quam quidem prærogativam veteris Romæ agnovit ipſe Conſtantinus, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὸν βασιλέα ἐνταῦθα μετωκίσθαι, ut ſcribit idem Zonaras. Eadem pariter ratione Romanæ Eccleſiæ prærogativam agnoſcit Joannes Palæologus Imp. apud Sguropulum in Hiſt. Concilii Florentini Sect. II. cap. XII. ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία μήτηρ ἐστι, ἡ δὲ Ἀνατολικὴ θυγάτηρ· καὶ ὀφείλει ἡ θυγάτηρ παραγίνεσθαι πρὸς τὴν μητέρα. Et poſt expugnatam a Turcis urbem Andronicus Calliſti in Monodia MS. in miſeram Conſtantinopolim: Ὦ Ῥώμη θεία, τί ποτε δρᾶσαι τὰς θυγατρὸς γενομένη δόξεις; Et certe urbes a qui- LIBER XIV pag. 68. bus originem acceperant, ut parentes colebant, eumdemque honorem exhibebant, quem filii parentibus, ut obſervatum ab Henrico Valeſio ad Excerpta Polybii.

Λαυρέντιος) Anaſtaſ. Bibl. in S. Vitaliano PP. & alii.

N. 20. Μεζίζιος) Qui Mezzetius dicitur Anaſtaſio in Adeodato, ubi de ejus cæde. Chronicon MS. Georgii Hamartoli in Conſtante: παραδόξως ἀναγορεύουσι βασιλέα Μιζίζιόν τινα γενόμενον Ἀρμενιγενῆ, &c. Ita etiam appellatur in Chron. MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ.

Οἱ δὲ τοῦ Ἄγαρ) Ut tum obſeſſa fuerit urbs a Saracenis, præter Scriptores Byzantinos, narrant Auctor Orationis in Feſtum τῆς Ἀκαθίστου p. 816. & Theophylactus Hierodiaconus ſerm. XII. p. 238.

N. 21. Διὸ καὶ Σύνοδον οἰκουμενικήν) Hujus Synodi memoriam agunt Græci XXIII. Januarii, ut eſt in Menæis.

Ἑπτὰ καὶ δέκα) Regnavit Pogonatus an. XVII. a morte ſcilicet parentis computatis. Nam cum in Actis Concilii VI. œcumenici, quod cœptum eſt Conſtantinopoli VII. die Novembr. indictione IX. (anno Chr. DCLXXX.) XXVII. Imperii ejuſdem Conſtantini, poſt ejus Conſulatum XIII. & Heraclii & Tiberii anno XXIV. inde colligitur Conſtantinum & fratres, patre ſuperſtite, Imperatores appellatos, ac Conſtantinum quidem an. DCXLIV. fratres vero anno DCXLVIII.

N. 22. Δωρεὰς τὸ διὰ σπονδῶν προσδόκοντας ἐγγραφον) Idem habet Nicephorus Conſtantinopol. & Theophanes an. VII. ejuſdem Rhinotmeti. Sic alios legimus idem factitaſſe contra fœdifragos, atque in primis Joannem Aſanem Bulgariæ Regem, qui fœdere ab Theodoro Angelo Theſſalonicæ Imperatore fracto, collectis ſtatim quantas potuit viribus, in hoſtem progreſſus eſt, τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον ἀναπαρτήσας, & collatis ſignis, longe licet copiis impar, profligavit, quod pluribus narrat Georgius Acropolita in Chron. cap. XXV. Sed & ſcribit Joannes Cantacuzenus lib. I. cap. LII. flagrantibus inter utrumque Andronicum Palæologum civilibus bellis, Juniorem τὰς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς γεγενημένας τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ὅρκους, ὡς αὐτὸς ᾤετο ἀπομόσιν, κελεῦσαι ἐπὶ τῆς σημαίας ἀναθέντας διὰ χωρὶς πολεμεῖν.

Παῦλος) Monachus is fuit Monaſterii Calliſtrati. Neque ille damtaxat Leontium imperaturum prædixerat, ſed & Gregorius Hegumenus ἐν τῇ Φλώρου μονῇ, ut eſt apud Nicephorum CP. p. 125. & alios: de quo quidem Monaſterio egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. p. 156. ubi, ut hoc obiter moneam, Euſtathius auctor Commentariorum in Homerum, quique in Myrenſem Epiſcopum electus, poſtea Theſſalonicenſis extitit Archiepiſcopus, monachum egit, ut docemur ex Demetrio Chomateno in Reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam: τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου, τὸ κατὰ Φλῶρον, ἐξ μονῆς ὄντος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ Μαΐστορος τῶν Ῥητόρων, εἰς τὸν Αὐτῶν Μυρέων ψηφισθέντος, &c.

N. 23. Ἰουστῖνον Πατρίκιον) Africa, poſtquam a Juſtiniano, Beliſarii opera, in jus poteſtatemque Imperatorum rurſum conceſſit, a Prætoribus, quos interdum Patricios, interdum Magiſtros militum Africæ vocant Scriptores, adminiſtrari deinceps cœpit: quorum primus hunc magiſtratum geſſit SALOMON Eunuchus, qui rem præclare geſſit contra Mauritanos, quos & delevit an. DXXV. ut ſcribunt Procopius lib. II. Vandal. Marcellinus Comes & Theophanes. Eo cum exercitu diſſidente, miſſus GERMANUS, Juſtiniani ex fratre nepos, anno DXXXVI. qui rem feliciter geſſit adverſus Stotzam tyrannum, eo inter Maurorum deſer-

Digitized by Google

LIBER XIV. ta bellando effugato. Inde revocato Germano, anno DXXXIX. SALOMON rurſum in eam provinciam miſſus, feliciter dimicans, ac rebellionibus proturbatis, tandem ab eodem Stotza, qui regnum in
Edit. Pariſ. pag. 69. Eremi partibus invaſerat, interficitur anno DXLI. non vero triennio poſt, ut ſcripſit Victor Tunnunenſis. SERGIUS, Salomonis ex fratre nepos, Bacchi filius, illius loco mittitur belli moderatorque provinciæ. A Stotza & Mauris inquietatur anno DXLIII. Is a Bulgaris poſtea Thraciam invadentibus anno DLXI. captus & diſtractus eſt. JOANNES, quem abſque ullo titulo nominat Marcellinus, Victor vero militiæ Ducem in Africa fuiſſe ſcribit, congreſſione facta in portu Tacea, Stotzam peremit, ipſe vero ab ejus armigero occiditur anno DXLV. Sed cum tradat idem Marcellinus anno ſequenti revocatum Sergium, incertum an hanc dignitatem ſummo jure obtinuerit. Revocato igitur Sergio, AREOBINDAS, nepte Imperatoris accepta, dirigitur in Africam, ibique anno DXLVII. Carthagine intra Palatium occiditur a Gonthario, regno cum tyrannide aſſumpto: quem Carthaginis Dux Artabanus XXXVI. regni ſui die prandentem interfecit, Joanne inſuper Stotza juniore victo ad Principem miſſo. Idem ARTABANUS Areobindæ ab Imperatore ſufficitur, quo poſt aliquantos dies miſſionem flagitante, mittitur in Africam JOANNES, Pappi frater, qui Mauros domuit anno DLI. Iterumque anno DLXII. in cujus ſubſidium cum valido exercitu miſit Juſtinianus MARCIANUM, ex fratre aut ſorore nepotem, Magiſtrum militum, qui pacem Africæ reddidit. Exhinc aliquot alii Africæ Prætores & Patricii recenſentur ſub Juſtino juniore a Joanne Biclarienſi, atque in his THEODORUS Præfectus Africæ a Mauris interfectus ſub ann. DLXVII. THEOCTISTUS Magiſter militum Provinciæ Africanæ, qui a Mauris bello ſuperatus perinde interiit ſub annum DLXVIII. Et AMABILIS, a Mauris anno ſequenti pariter interemptus. Poſt hunc occurrit GENNADIUS Magiſter militum in Africa, qui, ut ſcribit idem Victor, Mauros delevit, & Gaſmulem fortiſſimum Regem, qui jam tres duces ſuperius memoratos Romani exercitus interfecerat, bello ſuperavit, & ipſum Regem gladio interfecit, an. II. Tiberii Auguſti. Memoratur deinde HERACLIUS Africæ Patricius & Magiſter militum an. VI. Phocæ, Heraclii Imperatoris pater, apud Theophanem, auctorem Chronici Orientalis, & alios, ſub quo illius frater Gregorius, ſeu ut aliis appellatur, Gregoras, Legati munus obiit. Denique GREGORIUS Africæ Patricius memoratur a Theophane, qui anno V. Conſtantis in ea Provincia ſeditionem movit: & anno proxime ſequenti ab Arabibus Africam incurſantibus pulſus eſt, tributo Provincialibus impoſito. Iſtius Gregorii præterea mentio occurrit in Diſputatione S. Maximi cum Pyrrho Patr. CP. coram quo illa acta eſt, & qui in aliquot ejuſdem Maximi Epiſtolis Georgius nuncupatur. Hi rurſum anno DCLX. Conſtantino Pogonato imperante, exercitum moverunt in Africam, octoginta hominum millibus in captivitatem abductis. Denique anno Leontii tertio, iidem, Abimelecho Principatum obtinente, expeditione in Africam ſuſcepta, univerſam Imperio ſuo ſubdiderunt, nequaquam reluctante JOANNE Patricio Africæ, qui eo cum idoneis viribus a Leontio miſſus, rem primo feliciter geſſit, Carthaginem Romanæ ditioni aſſeruit, Saracenos in fugam vertit. Verum iis majori poſtmodum apparatu & belli mole in eum contendentibus, Africa cedere coactus, cum omni quæ ſupererat claſſe in Cretam inſulam abſceſſit: ubi exercitus, male geſta re, Leontii offenſionem veritus, Abſimarum ad Imperium provexit. Accidit hæc Africæ clades circa annum DCXCVII. quam attigere Scriptores, atque in iis Theophanes, Nicephorus Conſtantinopolit. in Hiſtoria, Conſtantinus de Adminiſt. Imp. cap. XXII. Anaſtaſius Biblioth. in Joanne V. PP. & alii.

Τὸν φιλαυλίαν ἐκπλεύσαντα) Chronicon MS. Georgii Hamartoli, de Leontio: *καὶ ῥινοτμήσαντες αὐτὸν, ἐν τῇ μονῇ τῆς Δαλμάτου περιώρισαν.*

LIBER XIV. pag. 70

Βαάνην) Meminit alterius Baanæ Præpoſiti & Patricii Photius in Epiſt. XCI. & CXIV. N. 24.

Κῦρον δὲ τὸν) Hujus Synaxin agunt Græci VIII. Januar. in Monaſterio *τῆς Χώρας*, ut eſt in Menæis. N. 25.

Τὸν δὲ Καλλινίκον Πατριάρχην) Hujus memoriam agunt Græci XXIII. Auguſti, ut eſt in Menæis.

Νάρμαντεύσαντες) Vide Gloſſ. med. Græcit. in *Ἀντζευσάν*. Anonymus Valeſianus de Conſtantino M. *Summa feſtinatione veredis poſt ſe truncatis Alpes tranſgreſſus*, &c. Conſtantinus Manaſſes pag. 122. *ἔτρεχεν ἀλλαγοκουρσεύων*. Utitur etiam Theophanes an. VI. Juſtiniani.

Ἐξωθῆναι) Libellus Synodicus Pappi: *καὶ τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Κῦρον ἐξῶσαν, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας ποιήσαντες αὐτὸν ἔγκλειστον, καὶ ἀντ᾽ αὐτοῦ Ἰωάννην ἐχειροτόνησαν.* N. 26.

Τυφλώσαντες) Nihil crebrius in univerſa Byzantinorum Imperatorum hiſtoria, quam excæcationis pœna, in rebelles præſertim, vel qui rebellionum & conjurationum participes ac conſcii erant: qua quidem ut mortis ſupplicio longe mitiori ſæpe utebantur, dum clementiam teſtari utcumque vellent. Conſtantinus Porph. in Baſilii avi vita n. XXXIV. Edit. Combeſ. *ἀλλ᾽ ὁ τοῦ γενναίου Βασιλείου φιλανθρωπία μόνῃ τῇ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπῇ τὴν τιμωρίαν ὥρισε κατὰ τῶν προκατάρξαντων τῆς πονηρᾶς συμβουλῆς.* Mox rationem ſubdit: *διὰ τοῦτο τῇ λαχούσῃ ποινῇ τούτους τὸ μετανοίας παρέχων καιρὸν, καὶ τοὺς λοιποὺς τῆς πονηρᾶς σωφρονίζων.* Michael Pſellus lib. I. Hiſt. MS. *ἀλλ᾽ ἄμφω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀμυττόμενοι. ταύτην δὲ τὴν κόλασιν πᾶσιν ἀνεμέτρει, καὶ ὁ μὲν μείζονα, ὁ δὲ ἐλάττονα ἁμαρτάνειν ἔδοξε. καὶ ὁ μὲν ἔργου ἥπτετο, ὁ δὲ μέχρι ῥήματος προὔβαινεν. ὁ γὰρ ἐφρόντιζεν ὅπως ἂν ἀναλόγους τὰς τιμωρίας ἀποδοίη τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ᾽ ὅπως ἂν ἑαυτὸν ἐλευθερώσειε τῶν ὑποψιῶν. Ἐδόκει δὲ αὐτῷ ὁ τοιοῦτος βάρβαρος κουφότατος τῶν ἄλλων. διότι τοὺς τιμωρουμένους ἀπράκτους ἐποίει, ταύτῃ μᾶλλον ἐχρῆτο.*

Κατὰ τὸ σάββατον τῆς Πεντηκοστῆς) Quo die ſcilicet celebrabat Urbis natale, ut habent Theophanes & Nicephorus Conſtantinopolit. quod quidem Sabbatum Pentecoſtes in III. Junii, eo anno quo abrogatum eſt Imperium Philippico, Chriſti ſcilicet DCCXIII. incidit, licet XI. menſis Maii vulgo hæc feſtivitas celebrari ſoleret. unde conjicit Petavius in hunc diem dilatos ejuſmodi ludos Circenſes, qui quotannis in die Urbis natali edebantur, uti pluribus obſervamus in noſtra Conſtantinopoli lib. I. p. 49. Sed id verum ne ſit, ut dubitem, facit Synaxarium MS. in S. Joanne Jejunatore Patriarcha Conſtantinopolit. imperante Mauricio, ſub II. Septembr. ubi mentio fit hujuſce Circenſium editionis Sabbato Pentecoſtes, quam ille non probabat: *ποτὲ δὲ Παρασκευῆς οὔσης ἐξίασι, λέγουσι τῷ ὁσίῳ, Αὔριον, Δέσποτα, ἱππόδρομον ἄγεται. ἦν δὲ σάββατον τῆς Πεντηκοστῆς. ἢ ἀγνοεῖς, λέγει, ἱππόδρομον τῇ ἁγίᾳ Πεντηκοστῇ; καὶ πεσὼν ἐπὶ τὰ γόνατα, ἐδυσώπει τὸν Θεὸν γενέσθαι τι σημεῖον φόβου ἕνεκα πρὸς τὸ κωλῦσαι τοῦτο. Καὶ ἰδοὺ τῇ ἑξῆς αἰθρίας οὔσης, γίνονται καταιγίδες, καὶ κλύδων ἀνέμων, καὶ ὑετῶν φορὰ, οἱ ἀναστυλίδας πάντας, καὶ ῥῖψαι τὸν λαὸν ἐκ τοῦ ἱππικοῦ.*

Θεοδόσιον) Dicitur *Θεοδόσιος ὅσιος*, Theoſteriсto in vita S. Nicetæ Confeſſoris n. XXVII. *Λέων γὰρ ὁ τοῦ Ἰσαύρου λεγόμενος, Θεοδόσιον τὸν τότε τυραννήσαντα, ὕπαρχον τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν.* Vide Gloſſ. med. Græcit. in *Νεῖ*. N. 27.

Εἰς κληρικὸν χειρίζ) Hæc de Theodoſio ſubdit Symeon Logotheta in Chron. MS. *τοῦτον φασὶν οἱ ἱστοριογράφοι καὶ χρυσογραφίαν εἰδέναι. ὅστις ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ, καὶ τίθεται ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, οὐκ ἐν λάρνακι, ἀλλ᾽ ὑπὸ τὴν γῆν, ἔνθα αἱ εἴσοδοι τῶν ἁγίων. γράφει δὲ ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ, ΥΓΕΙΑ. Λέγουσι δέ τινες τῶν ἐντοπίων καὶ θαυματουργεῖν αὐτόν.*

LIBER XV.
Edit. Pariſ. pag. 71.

NOTÆ IN LIBRUM XV.

N. 2. ANAΞΙΟΣ) In hanc ſententiam Conſtantinus Acropolita in ſerm. de S. Joanne Damaſceno n. XX. Λέων ὅτε ὁ ἐξ Ἰσαύρων ὁ αὐτοκράτωρ, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ δεσπότου καὶ Βασιλέως γενόμενος, καὶ τὸ κράτος αὐτὸ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφελόμενος, ὡς ἀνάξιος, (μὴ εἰδείη τίς τοῦτο ποτέ) μηχαναῖς δὲ καὶ δόλοις ὑποσπασάμενος.

Πρὸς τοῖς Ἀλανοῖς) Addit alter e Codd. Wolfianis, ὡς Ἀλβανοὺς ὁ Πρισκῶτος γράφει.

Τῇ δὲ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων) Ut tum Urbs obſeſſa fuerit a Saracenis, attigit etiam Auctor Orationis in Feſtum τοῦ Ἀκαθίστου p. 817.

N. 3. Ἰζὶδ) Hiſtoriam hanc pluribus enarrant Joannes Monachus & Locum tenens Eccleſiarum Orientalium in Concilio Nicæno II. act. V. pag. 385.

N. 4. Κομφόντιον) Κωνσταντῖνος ὁ τῆς κοπρίας ἐπώνυμος, apud Conſtantinum lib. II. de Themat. cap. VI.

Σεισμοῦ δὲ συμβεβηκότος) Accidit hic terræ motus an. XXIV. Leonis indict. IX. VII. Kal. Nov. die S. Demetrio ſacro, feria IV. hora VIII. Ita Theophanes & Cedrenus. Illius etiam meminit Nicephorus Conſtantinopol. in Breviario, quo quidem die fieri ejus ἀνάμνησιν obſervant Menæa. Vide quæ de eo annotamus in Diſſert. de Hebdomo.

Ναοί τε πολλοί) In his ædem S. Irenes Sophianæ proximam recenſet Nicephorus.

Ἡ τε Νικομήδους πόλις) Nicomediæ & Nicææ tertiam addit Præneturn Theophanes, qui eadem habet quæ Zonaras de nova tributi acceſſione pro mœnia urbis reparandis impoſita.

N. 5. Μετὰ πατρικῆς δυσσεβείας) Idem Theoſterictus n. XXVIII. διαδέχεται τοίνυν τὴν βασιλείαν ἅμα καὶ τὴν ἀσέβειαν Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ (πονηρᾶς ῥίζης πονηρότατος πτόρθος, ἐξ ἰοβόλου θηρὸς δράκων ψυχοφθόρος, ἐκ δασυτάτου λέοντος πάρδαλις ποικιλώτατος.

Ἐκ τῶν Μαγίας) Theoſterictus in vita S. Nicetæ Confeſſ. n. XXVIII. ſcribit Copronymum Deiparæ cultum omnino abolere conatum fuiſſe, καὶ ταύτης τὸ πανσέβασμον ὄνομα κατὰ πολλὰς τοὺς τρόπους ἐξῶσαι τῆς ἐκκλησίας.

Οἱ πολέμιοι) Abſunt ab uno e MSS. Reg.

Ἀνατόλιον) Hujus memoriam agunt Græci X. Febr. ut eſt in Menæis.

N. 6. Ἐκ νόσου φθορᾶς) Meminit peſtilentiæ iſtius ſub Copronymo Conſtantinus Porph. lib. II. de Themat cap. VI.

Γερμανίκειαν) Meminit Conſtantinus in Tacticis p. 27. expeditionis quam Leo pater ſuſcepit κατὰ Γερμανικείας in Syria: unde a Saracenis receptam poſtmodum vero ſimile. Hanc poſtremis temporibus Τελεσαύραν dictam docemur ex exceptis Geographicis MSS. ex Cod. Reg.

Σύνοδον) Nonnulla de hac Pſeudoſynodo a Theophane, Cedreno, & aliis intacta habet Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Philoſ. Σύνοδον ἀθροίζει κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐν Βλαχέρναις, ἐν ᾗ ἀθροισθέντες ἐπίσκοποι ἐν τῷ ἄμβωνι [illegible] Σιλαίου, ἐξεφώνησαν οὕτω, Κωνσταντίνου οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη· ἐν τῇ Συνόδῳ πολλὰ κατὰ τοῦ Κυρίου [illegible] αἱ ἱεροὶ τῆς αἰχμῆς καὶ ταῖς μιαραῖς χερσὶν [illegible], ἔρρηξαν τὴν ἀλήθειαν [illegible], λέγοντες, Σήμερον σωτηρία τῷ κόσμῳ, ὅτι σύ, Βασιλεῦ, ἐλυτρώσω ἡμᾶς ἐκ τῶν εἰδώλων· ταῦτα ἔπραξαν οἱ ἀσεβεῖς καὶ Χριστομάχοι.

Καὶ τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον Πατριάρχην τῆς Κωνσταντίνου γενόμενον) Recte Interpres, *qui Conſtantinopolitanus Patriarcha fuerat:* nam cum Pſeudoſynodus illa coacta eſt, Germanus urbis ſedem obtinebat. Proinde Georgium illum Cyprium, qui in illo
pag. 72. Conciliabulo una cum Germano Patriarcha & Damaſceno anathemate perculſus eſt, Georgium Patriarcham eſſe exiſtimavit Zonaras, qui ſub Conſtantino Pogonato anno III. ſuæ dignitatis, ut ſcribit Theophanes, Concilio Conſtantinopolitano contra Monothelitas una cum Romanæ Sedis Legatis præſedit: in quo quidem edita quædam decreta pro ſanctis Imaginibus, atque iis maxime in quibus exprimitur Agnus digito Præcurſoris monſtratus, ut eſt apud Cedrenum an. XIII. Conſtantini Pogonati, ex Canone LXXXII. Synodi Trullanæ, ſeu Quiniſextæ. Sed toto cælo erravit Zonaras, cum is a Pſeudoſynodo damnatus Georgius Cyprius, (non Cypri Epiſcopus, ut vertit Xylander apud Cedrenum, & Auctor hiſtoriæ præfixæ VII. Synodo exiſtimavit) tunc temporis eſſet ſuperſtes, neque hac Patriarchæ dignitate donetur a Nicephoro CP. in Breviario, Theophane, Cedreno, & aliis, ſed nude ex Cypro oriundus fuiſſe, & in Reſponſione ad Pſeudoſynodum a Patribus edita, idem Georgius, ὁ Κύπρος ἡ πατρίς, ὁ ἀγγελικὸν τὸν βίον ἐμπολιτευσάμενος dicatur, id eſt vitam monachicam amplexus. Vide Allatium in Diatriba de Georgiis.

Ἐκστρατεύσας δὲ κατὰ Βουλγάρων) Bulgarici iſtius belli meminit præ cæteris Scriptor MS. vitæ S. Joannicii: ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις χαλάζοντος ἐφ' ὅλης [illegible] τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος, τὴν τῆς Θρᾴκης [illegible]· ἀντεστρατοπεδεύσαντος τοίνυν αὐτοῖς ὁ τῶν Ρωμαίων τότε κρατῶν, χεῖρα πολλὴν καὶ μάχιμον συναθροίσας, [illegible] Πόλεμος τε μέγας αὐτοῖς συρρήγνυται, καὶ κατὰ [illegible] τῶν Ρωμαίων.

N. 7. Τῶν προστάλλων) MS. Τῶν τριμμάτων.

Στέφανον) Cogn. Τρίγλιος, cujus feſtum agunt Græci XXVI. Mart. ut eſt in Menæis.

Τοῦ μάρτυρος Πελαγίου) Obſervavimus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. Sect. VII. n. XXVI. ex Theophane, uti a Petavio laudatur ad Nicephori Conſtantinopol. Patr. Hiſtoriam, ut & apud Cedrenum pag. 466. τῆς ἁγίας Πελαγίας hoc loco legi, non Πελαγίου, quomodo etiam legitur in Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Philoſophum cui quidem Sanctæ Martyri ædem aliam ultra ſinum dicatam refert Synaxarium Collegii Claromontani ad IV. Maii, quo S. Pelagiæ Tarſenſis feſtum colitur: τελεῖται δὲ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ Μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι πέραν, πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κόνωνος. Verum Anonymus in vita MS. S. Stephani junioris, Zonaræ prorſus aſſentitur: ἀλλὰ ἐκ τῆς ἐκείνου εὑρόντες τὸν ἅγιον πρὸς τὸν βόθρον τῶν [illegible] καταδίκων ἐκόντισαν, ἔνθα δὴ ὁ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πελαγίου ναός, ὃν ὁ τύραννος καὶ μισάγιος [illegible], κατάδικον τάφον [illegible], ἐκ τοῦ Πελαγίου ἐπονόμασεν. Vixit autem S. Stephanus ſub eodem Copronymo; Sed nodum hunc ſolvit Scriptor MS. vitæ S. Pelagiæ Antiochenæ, cui hæc fuit dicata ædes: nam eadem eſt S. Pelagia cum Sancto Pelagio, quippe eadem Pelagia ex inſigni ſcorto in Sanctam Monaſtriam mutata, Monaſterium hominum virili habitu & Eunuchi ſpecie ingreſſa, ac Pelagii aſſumpto nomine, vitam in eo ſancte exegit, ſexu poſt illius obitum dumtaxat deprehenſo: Ἀπελθὼν μὲν, ἰδού, ἀμφιάσασα δὲ τὴν ζώνην ἀπέκοψεν Πελάγιον μοναχόν, τὴν μακαρίαν Πελαγίαν δηλαδὴ τοῦτον καλοῦσιν. Simili porro inſania in ædem Sanctæ Mauræ graſſatus eſt impius ille tyrannus. illius forte cujus nomine inſignitur Inſula in Ægeo Pelago: nam plures hac appellatione habens Menæa. Rem narrat idem Scriptor vitæ S. Stephani Jun. [illegible] τοῦ ἀέρος τὸν ὅρον, ἔνθα δὴ ὁ σεπτὸς ναὸς τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Μαύρας, ὅπερ ὁ μισάγιος [illegible], καὶ Μαύραν τὴν [illegible], ἔνθα καὶ τὰ πρὸς τοὺς δαίμονας σπονδὰς ἐποίει τε.

N. 8. Καὶ οἱ Βούλγαροι δὲ, &c.) Alius Cod. οἱ Βούλγαροι δ' ἐκείνοι, τομὴ [illegible] πρὸς αὐτὸν σπονδὰς διδόναι πρὸς εἰρήνην ἐζήτουν.

pag. 73. Διεχρήσατο) Hiſce ſubdit Georgius Hamartolus in Chronico MS. Ὃ καὶ μαθὼν ὁ ἀλάστωρ, τὴν γεννῶσαν αὐτοῦ ἀπέκτεινεν.

N. 10. Ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας) Addidimus τεχθείς, ex MSS. Inde *Chazarus* vulgo appellatus Leo. Chronicon Caſinenſe lib. I. cap. XIII. *Fuit autem temporibus Leonis, qui & Zacharis* pro *Chazaris*.

N. 11. Τοῦ δὲ Πατριάρχου Παύλου) Hunc juniorem cognominarunt Græci, ad diſcrimen Pauli qui eamdem dignitatem obtinuit ſub Conſtantio, illiuſque memoriam agunt XX. Aug. ut eſt in Menæis.

LIBER XV. Ἀναχωρήσας) Seceſſerat nempe Paulus in Monaſterium Flori, πρὸς τὴν μονὴν τῶν Φλώρου, ut eſt in Chronico MS. Georgii Hamartoli.

Ταρασίου) Cujus feſtum agunt Græci XXV. Febr.

Ἀρχιερέων) Sanctorum Patrum qui huic Synodo adfuere feſtum celebrant Græci XI. Octobr. Menæa: κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ παρόντος μηνὸς, μνήμην ἐπιτελοῦμεν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δεύτερον, &c.

N. 12. Εὐσεβείας) Vide quæ in hanc rem narrat Anaſtaſius in Agapeto.

Θωμαΐτης) Triclinii, Patriarchii, Thomaitæ dicti, conditor fuit Thomas Patriarcha Conſtantinopolit. qui Cyriaco ſucceſſit. Nicephorus Calliſt. l. XVIII. c. XLIV. de Thoma: τὸν μέγιστον οἶκον δειμάμενος τῷ Ἐπισκοπείῳ, ὃς τὸ τοῦ δομησαμένου κληρωσάμενος ὄνομα, Θωμαΐτης εἰς δεῦρο τὸ ἐπώνυμον ἔχει. Plura de hoc Triclinio congeſſimus in Conſtantinopoli Chriſt. lib. II. Sect. VIII. In eo Triclinio extitit Bibliotheca Patriarchæ, quam inde Patriarchalem Bibliothecam S. Thomæ perperam vocavit Combefiſius apud Continuatorem Theophanis lib. III. num. XIV. Meminit præterea Balſamon ad Nomocanonem Photii pag. 212. I. Edit. Juſtelli in verſione Latina, ejuſdem triclinii: nam hæc vox abeſt in Græco textu.

Θυσίαν τινὰ ἐγένετο) Nuptiarum benedictionem faciente Joſepho M. Eccleſiæ Oeconomo, in quem gravius invehitur ob has inceſtas nuptias, & in Taraſium Patriarcham Conſtantinopolit. qui eidem Joſepho communicabat, Theodorus Studita in aliquot Epiſtolis editis a Baronio an. DCCCVIII. & ſeqq. ubi *coronationis* voce utitur pro matrimonii ſacramento.

N. 13. Πλάτων δὲ) Totam hanc controverſiam attigimus in Gloſſ. med. Græcit. in V. Μοιχιανοί. Fuit porro hic Plato Secundianis Monaſterii Hegumenus (*præceptorem* perperam verterat interpres) alter a Platone Monaſterii Studii Abbate, cujus infra mentio eſt in Michaele Rhangabe. Fuit etiam S. Plato, frater S. Antiochi, cui ædes ſacra Conſtantinopoli ædificata ab Anaſtaſio Dicoro, ut obſervamus in noſtra Conſtantinopoli, cujus ſitus indicatur in Synaxario MS. XVIII. Nov. ἡ δὲ σύναξις αὐτοῦ τελεῖται ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. Theodorus Studita in vita ejuſdem S. Platonis n. XXII. Κωνσταντῖνος ὁ τῆς Εἰρήνης ῥάδαμνος, ὁ ἤ τινα μίαν ῥίζαν ἐκ μητρῴας ἀσεβείας ἐκφυόμενος, ὁ βίον δὲ σκαμβὸν ἐξ αὐτοκρατορικῆς ἀκολασίας αἱρούμενος· ἄρτι γὰρ κρατήσας ἐν νεαζούσῃ ἡλικίᾳ ὁμοῦ μὲν τὰς μητρῴας αἰδοῦς καὶ φυλακῆς ἀφῆκεν, ὁμοῦ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ὑπερφρονήσας, ἐκβαλὼν τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, μοιχᾶται κατὰ τὸν Ἡρώδην, &c. mox narrat ut has adulterinas nuptias redarguerit, & in exilium miſſus ſit.

Τῷ Πατριάρχῃ Ταρασίῳ) At hiſce ridiculis & nefaſtis nuptiis fortiter antea reſtiterat Taraſius, ut ſcribit Ignatius Epiſcopus in ejuſdem Taraſii vita c. VII. ſed & utrique nuptiales corollas imponere abnuerat.

Ἐξορύττουσι) Matre inſcia, nec tanti facinoris participe. Georgius Hamartolus in Chron. MS. καὶ δὴ παραγενομένου ἐν τῷ Παλατίῳ, ἐκ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ παρούσης, μήτε γινωσκούσης τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν, καὶ μετὰ χρόνον τινὰ τέθνηκε.

Edit. Pariſ. pag. 74. Λέσβῳ) Georgius Hamartolus in Chron. MS. habet Λέσβῳ, ubi rem ſic refert: καὶ μέν τοι καὶ τὰς πενθερὰς μητρὸς Εὐφημίας τὸ λείψανον προδιδοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ σὺν τῇ λάρνακι ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ τοῦ μισαγίου, ἐρρίφη ἐν τῇ Λέσβῳ νήσῳ τῶν νεωτερισμῶν δίκαιε, καὶ ἀνακομισθὲν μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς ἀπετέθη πάλιν ἐν τῷ ἰδίῳ ταμείῳ· ὅπερ αὐτὸς ὁ Κοπρώνυμος καὶ Κοπρώνυμος Ἀρμαμάνταρος καὶ κοπροθέσιος ἐποίησεν· ὁ δὲ Κωνσταντῖνος σὺν τῇ μητρὶ τῇ Εἰρήνῃ ἀνακαθάραντες αὖθις τάφῳ κατέθηκαν.

Καταστροφὴ τῶν Συρακουσῶν.) Hoc Syracuſæ excidium attigit etiam Conſtantinus in Baſilio n. XLIX. & ex eo Scylitzes, & alii: ſed præ cæteris hanc Urbis calamitatem deſcripſit *Theodoſius Monachus in Epiſtola ad Leonem Archidiaconum de Syracuſanæ Urbis expugnatione*, quæ ſervatur in Bibliotheca S. Servatoris Meſſanæ, & quam ex Græco latinitate donatam deſcripſit Rocchus Pyrrhus in Epiſcopis Syracuſanis, in qua & famem ingentem a civibus perpeſſam in urbis obſidione, & clades a barbaris illa Saracenis illatas Chriſtianis luculenta oratione deſcribit, ut qui & obſeſſa urbe, in ea cum aliis famem ipſam, & ea expugnata, duram captivitatem perpeſſus fuerit. Quæ quidem Epiſtola latina dumtaxat oratione extaret, interim dum Græca prodeant, quorum quædam fragmenta habentur in Bibliotheca Regia, ſi hic deſcribatur, haud ingratum forte rerum Byzantinarum ſtudioſis fuerit, tum quod horum temporum illuſtrandæ Hiſtoriæ non parum conducat, tum etiam quod Pyrrhi Sicilia haud omnibus obvia ſit.

EOrum quæ nobis evenerunt, Vir diviniſſime, ſingula perſequi velle, ſane diuturnius, opportuniuſque temporis ſpatium poſtulare videtur; breviorque epiſtola eſt, quam ut totam rerum geſtarum ſeriem complectatur. Contra vero penitus hæc ſilere, communemque doloris ſenſum, quem ex his cepit potior ferme terrarum orbis (facile enim mihi perſuadeo condoluiſſe nobis eos, apud quos, vel ſolum Syracuſarum nomen devenerat) valde ſtupentis animi, morboque indolentiæ apprime laborantis futurum fuiſſe exiſtimavi. De qua re Prophetarum quidam tamquam ex ore Dei ſic eſt locutus, Male illos accepi flagris, nec tamen doluerunt. *Ac ſi quocumque modo narrationem harum rerum inſtituam, bene utriſque conſultum erit: mihi quoque aliquam afferet orationem, quæ mœrentibus illis revelatam iri confido, quibus nunc male diſcrucior. Quippe ſic natura comparatum eſt, ut ea quæ nobis moleſtiæ ſunt, ſi ſermone vulgaveris, animi levent ægritudinem, tibi vero merces minime flexa hinc accedet, ſi compatiendo lacrymis narrationem proſequeris. In hoſtium tandem poteſtatem devenimus: capti demum fuimus, o vir divinis honoribus perfuncte, nec ſane pejora ſunt Hieroſolymæ experta eum caperentur, nec Samaria prior Hieroſolymis expugnata. Tandem paſſi ſumus direptionem, quam non inſulæ Chetim umquam agnovere, non regiones barbaricæ, non urbes quæcumque in medium afferri poſſent. Ejuſmodi fuit hoc excidium, ut eodem die, quibus antea propugnatum erat, arcus & pharetras contriverit, arma, gladium, & bellum dejecerit, ſtrenuos quoſque debilitaverit, propugnatoreſque gigantes (ſic enim magnanimos illos appellaverim, qui egregie operam ſuam præſtiterunt, qui & famem antea tolerare, & labores quoſcumque ſubire, & vulneribus confici prope infinitis pro Chriſti amore non dubitarunt, & poſt captam urbem gladiis contrucidati ſunt) hoſtium violentiæ cedere coegerit. Tandem in hoſtium manus incidimus, cum antea diu ac ſæpius fuiſſet ad muros propugnatum, cum etiam navali prælio (horrendum ſane ſpectaculum, ipſiſque intuentium oculis conſternationem ingenerans: conſternatus enim aſpectus rerum atrocitate quæ ſæpe illi objiciuntur) fuerit multoties decertatum. Victi fuimus poſt multas noſtuno tempore factas obſidiones, & hoſtiles inſidias, poſt admotas muris machinas, quibus totum fere diem tundebantur, poſt gravem illam in noſtra propugnacula lapidum projectorum procellam, poſt illas urbium vaſtatrices teſtudines, muroſque ſubterraneos, quos vocant: nihil enim horum quæ ad urbis expugnationem cenſebantur idonea, intentatum reliquerunt ii quibus obſidendæ urbis cura incumbebat, quorum jampridem potiundæ urbis cupiditas animos inflammaverat, ſumma animorum contentione decertabant, quo quiſque pacto cæteris præſtaret, novas in dies ſingulos machinas excogitando, quibus urbs capi diruique facilius poſſet. Quamquam ab hiſce Deus altiſſima conſilii ratione admirabili nos quodammodo protexit. Quid vero neceſſe eſt more tragica ejulantem latius perſequi, quantam & qualem in nos malorum congeriem invehere ſummo ſtudio conati ſunt hoſtes? quid indictum infectumque reliquerunt, quod ad timorem incutiendum iis qui detinebantur obſeſſi, animoſque conſternendos facere viſum eſſet? tempus admonet, ut ad ea quæ intus gerebantur orationem convertamus, deque iis excurſim aliqua dicamus. Foris vaſtabat gladius, & intus pavor, ut pervetuſto illo oraculo Moſen res noſtras vaticinatum eſſe plane aſſeveraverim. Cum enim eque ac a populo Iſraelis in Deum ante a nobis peccatum eſſet, eumdem quem olim ille, divinæ iracundiæ calicem potavimus, capti ſumus, poſteaquam ægre diuturnam famem herbarumque victu toleravimus: poſteaquam ſordida quæque rerum egeſtate compulſi, in os congeſſimus. Quin & ad liberorum etiam comeſtionem (rem nefandam & ſilentio prætereundam) proceſſimus, cum antea nec ab humanæ carnis eſu (heu quam horrendum ſpectaculum) abhorruimus. Sed quis hæc pro dignitate tragice deploraverit? non a coriis bubuliſque pellibus abſtinuimus, non ab aliis quibuſcumque rebus, quæ fame enectis quidquam ſolatii afferre poſſe crederentur, ne oſſibus quidem aridis parcentes, injucundam nobis eſcam apparabamus. Novum profecto, & ab omni mortalium uſu abhorrens alimenti genus. Etenim Syracuſanorum complures, (quid homines non cogit fames importuna?) quadrupedum oſſa molere primum, tum aquæ perpauxillo conſpergere, quamvis abunde nobis aquas ad hos uſus Arethuſæ fons ſuppeditaret, atque hoc invento famem ſedare miſerrimi homines cogebantur. Jam enim tritici modius centum & quinquaginta nummis aureis venalis erat, piſtores vero pluris vendebant, quippe ducentis aureis, unde fiebat ut duarum unciarum panis, (rem miram) nummo aureo venderetur. Adde quod trecentis aureis & eo amplius, quomodocumque edule venum ibat, & quinque ſupra decem, quandoque etiam viginti conſtabat equinum caput: aſininæ carnes etiam in deliciis habitæ. Jam vero domeſticarum avium defecerat genus: oleum autem & ſalſamentorum cujuſque generis obſonia, vel ea quæ, ut ait Gregorius Theologus, præter eſſe cibus ſolent, jam erant abſumpta. Caſei, leguminum & piſcium eſus omnino nullus: jam enim unius atque alterius portus, quibus interjacent Syracuſæ, per vim hoſtes potiti fuerant, cum antea arces, quæ Brachiolia dicebantur, & ab ingreſſu portuum hoſtes arcebant, ſolo funditus adæquaſſent. Illud vero longe moleſtiſſimum accidit: nam ſæviſſima peſtis (proh dolor!) famem ſubſequuta eſt. Morbus etiam Tetanus, a nervorum contractione ſic dictus, quoſdam divexabat: quibuſdam autem Apoplexia dimidiam partem corporis areſaciebat, alios repentino mori cogebat, nec defuere qui eodem genere morbi correpti, aut corporis dimidium movere tantum poterant, aut omnino omni movendi corporis facultate deſtituebantur. Alii inſtar utrium* LIBER XVI. Edit. Pariſ. pag. 89.

 inflato corpore horrendum ſui ſpectaculum intuentium oculis exhibebant, quouſque mors illis ſuperimminens (nam hæc quoque divino imperio parebat, atque ex hujus præſcripto nonnihil retardabatur) ægre tandem miſeros graviſſimis doloribus liberabat. Enimvero iis quæ jam a nobis memorata ſunt, permulta alia adjungi poſſent, quæ longiore indigerent oratione, quam ea quæ ab homine in cuſtodiam dato proficiſci poteſt. Quid enim aliud potero quam res tam grandes paucis perſtringere ac tenuare, qui carcere incluſus ne horam quidem habeo paululi otii? denſiſſima carceris caligo, quæ ob oculos verſatur, aſpectum hebetat atque obtundit: tumultus eorum qui ſimul in eadem aſſervantur cuſtodia, mentem agitant atque perturbant: turris quæ ad majorem portum in dextro urbis angulo erat extructa, catapultarum vi, quibus hoſtes ſaxa prægrandia jaculabantur, concuſſa primum, mox ex parte cecidit, ab hujus turris excidio quinque poſt diebus murus propugnaculi, qui fuerat antea turri conjunctus, eodem catapultarum impetu diſruptus eſt: quo facto magnus timor in obſeſſorum animos injectus eſt. Hoſtium tamen oppreſſionem ſuſtinebant egregii illi viri valdeque ſtrenui ſub auſpiciis beatiſſimi Ducis PATRICII, *ſummæque hujus contentionis obſecundare conabantur, ſupra quam oratione explicari poſſit. Dies viginti, totidemque noctes, ubi murus corruerat contra eos qui aditum ex illa parte tentabant, egregie ſtrenueque depugnabant, animi ingenitam nobilitatem præ ſe declarabant: inſignem quoque laudem eſſe ducebant pro tuenda urbe vulnera toto corpore excipere. Jam vero ſi quis ad illud urbis propugnaculum ſe contuliſſet, quod Adverſum vulgi ſermone dici conſueverat, permultos ibi viros poterat intueri* Edit. Paris. p. 290. *miris diverſiſque modis mutilatos. Erant qui effoſſos oculos haberent, his quidem nares truncæ, his vero aures cernebantur amputatæ, aliis palpebræ, aliis maxillæ ex telorum & ſagittarum ictibus ſanguine rubeſcebant, quibuſdam frons & cor etiam ipſum modis variis vulnerabatur: venter aliis, aliis pectus acceptis vulneribus patebat, atque ut compendio dicam, non aliqua tantum, ſed omni ex parte laborabant. Hoſtes enim totis copiis urbem obſidebant, erantque numero ſuperiores adeo, ut centum ex illis (quod vix aſſequitur fidem) cum uno e noſtris manus consererent, gloriaque non vulgari antagoniſtas augerent egregiæ virtutis facto periculo. Equidem Athletarum ſtadium appellabam, quoties eo loci venticarem, in quo fortiter præclareque agentes magnam ſibi ex præclare geſtis gloriam comparabant. Tum vero flagitiorum noſtrorum numerus uſque adeo excrevit, ut diſtrictum in nos divinæ ultionis gladium inebriaret die prima poſt vigeſimam menſis Maii. Quanta vero ab ea die, quo murus corruit, civitas in hoſtium poteſtatem redacta eſt? Modum autem quo fuit expugnata operæ pretium erit dicere: fuit enim horroris plenus. Cum enim Dei ſevera in nos animadverſio eorum qui fortiter hoſtibus reſiſtebant ſtrenuiſſimum quemque huc atque illuc diſſipaſſet, & inclytum Patricium cum ejus commilitonibus ad corpora procuranda a mœnibus in domos proprias avocaſſet, barbarorum animos impulit ut ad fatalem illam turrim, de qua ſuperius, obſidionem integrarent, machinis illis adhibitis quæ ad lapidum projectum uſui erant. Tali enim ludicro parricidæ illi urbem invadentes ſeſe oblectabant: nec ſane difficili negotio graſſabantur, paucis admodum millibus cuſtodientibus partem illam, propterea quod opportunum illud pugnandi tempus cives non æſtimabant, ſecurique propugnatores alia omnia quam ad propugnacula ſe conferre meditabantur. Dum igitur hoſtes in urbem lapides horrendum in modum conjectarent, totumque illius ambitum complerent, ſcala quædam lignea per quam propugnatoribus erat prævia, ſemiruta, turris effringitur: quo facto rumor ingens exortus eſt, quem cum audiviſſet Patricius, continuo ſurrexit impranſus e menſa, pro ſalute valde ſollicitus animi. Jam vero barbari ſimul illam diſruptam perſenſere (quippe cum prope ipſam lapidum projectio contigiſſet) muro magna cum alacritate propinquant: cumque nonniſi paucos in turris præſidio poſitos conſpicati eſſent, hos fortiter ibi repugnantes contrucidarunt, inter quos etiam erat beatus* JOANNES PATRICIUS , *quo facto libere in illam conſcendunt, eaque demum potiti ſunt. Hinc vero deinceps in modum fluminis per totam urbem diffuſi in illorum conſpectu volitabant qui ad repugnandum congregabantur. Ac primum iis qui ad Servatoris ædis veſtibulum contra eos aciem inſtruebant ad unum trucidatis, magno impulſu valvas aperiunt, templumque ſubeunt ſtrictis enſibus, crebro anhelitu ignem naribus oculiſque ſpirantes. Tum vero omnis ætas eodem temporis momento in acie gladii corruit, Principes & omnes judices terræ (quod in Pſalmis canere ſolemus) juvenes & virgines, ſenes cum junioribus, monaſticam profeſſi, cum matrimonio* pag. 32. *copulati, ſacerdotes & populus, ſervus & liber, quique in lectis multo jam tempore valetudinarii decumbebant. Nam ne his quidem partere, Deus bone, carnifices illi didicerunt: animus enim humani ſanguinis ſitiens eorum moribus, qui primo irati occurrunt, minime ſatiantur. Erat igitur tum videre, (ut Sophoniæ verbis utar) diem illum, diem calamitatis & miſeriæ, diem anguſtiæ & ruinæ, diem tenebrarum & caliginis. Poſt hæc autem, (quid enim pluribus oportet, ſingula eorum percenſere quæ primariis urbis viris evenere, præſertim cum auribus ipſis, ne dum animis horrorem incutiunt?) Inclitus* PATRICIUS, *qui ſe in arcem quamdam receperat, poſtridie una cum ſeptuaginta viris vivus capitur, atque octavo ab urbe expugnata die, capitali ſupplicio plectitur. Quod quidem adeo excelſo fortique animo pertulit, ut nihil humile, nihil ſua conſtantia indignum admiſerit, ne leve quidem timiditatis ulcujus argumentum monſtraverit, nec mirum, quando antea nullo pacto adduci potuit ut urbis proditionem ſalutis propriæ cauſa faceret, præſertim cum permultos haberet hujus conſilii non probatores tantum, verum ſi voluiſſet etiam adminiſtros. Ille vero maluit cum honeſtate mortem oppetere, ut eorum qui cum ipſo erant ſaluti proſpiceret, atque unum pro multis ad Chriſti imitationem caput objicere periculo (quamquam hoc homicidarum animos ad commiſerationem neutiquam flexit) quam aliquid nobilitate ſua indignum mente complecti. Cujus animi magnitudo, atque ad ſubeundum ſupplicium alacritas ipſi quoque* BUSÆ *Amiræ* CHAGERIS *filio, qui mortis auctor fuit magnæ admirationi fuere. Verum ipſe ad bene beateque moriendum hinc ſibi talia præſidia comparaverat, propterea quod omne belli tempus in mortis contemplatione tranſegerat, eiſque, qui ſecum obſeſſi erant, viam, quæ ducit ad immortalitatem optimis cohortationibus commonſtraverat. Unde per hæc pietatis officia exceſſum vitæ minime habuit formidandum. Quibus enim aſſidua meditatione cautum eſt, ne imparatum pectus habeant ad hæc extrema ſubeunda, hiſce non injucunda erit ad cælum, cum contigerit, tranſmigratio. Cæterum Barbari in illos etiam quos cum* PATRICIO *ceperant, (erant autem omnes hi Syracuſis honeſtiſſimo loco nati) cum quibuſdam aliis captivis extra urbem ductos, & in orbem diſpoſitos uno impetu invadunt agreſtium canum in morem*

morem, & hos quidem lapidibus, hos vero baculis, alios haſtis, quas præ manibus habebant, quoſdam etiam quibuſcomque quæ ſe fortuito obtuliſſent inſtrumentis crudeliſſime inſectantes, morti dabant, & adhuc animis immaniſſime ſævientes, horum corpora combuſtione abſumebant. Nec vero ſilentio prætereo qualia barbara crudelitatis exempla in NICETAM *exercuerint. Erat hic Tarſenſis genere, atque in re militari apprime eruditus, & ſtrenuus, qui oppugnationis tempore impium Mahometem apud eam nationem Prophetarum eminentiſſimum habitum maledictis compluribus quotidie proſcindebat. Hunc ab interficiendorum numero ſevocatum humi reclinantes ſupinum (tuam, Deus, clementiam imploro) thorace pectoris ad pubem uſque virum decorticarunt, effuſa vero per ſectionem viſcera contis dilaniabant. Ad hæc cor*

Edit. Pariſ. pag. 92.

ipſum manibus avulſum ab homine adhuc ſpirante pluſquam immaniter dentibus mandebant primum, poſtea ad terram alliſum, petitumque lapidibus, tum demum exſaturati reliquerunt. Verum de his alias. Ego vero qui jam iterum cum Epiſcopo in gratiam redieram, atque in Epiſcopi templo una cum ipſo ſtatis precibus hora ſexta operam dabam, turrim a Barbaris expugnatam auribus cepi, cum ad finem cantici ventum eſſet. Quo nuntio non mediocris fuit audientium animis pavor injectus. Etenim quidni timendum eſſet in cruentas hoſtium manus mox certiſſime incurſuris? animum tamen quoquomodo recipientes, dum adhuc hoſtes ante proſpectum templi in deprædando eſſent occupati, nudi ac verecundi, (quippe detractis omnibus aliis indumentis præter illa quæ ex corio confecta geſtabamus) ad altare ædis maximæ cum duobus aliis clericis perfugimus. Conſueverat ad hanc aram Beatiſſimus Pater Deum iratum conciliare, opemque ipſis pro ſuis filiis implorare, ac voti compos fieri; qua in re illum experientiæ mirificum ſæpiſſime comprobavit: quamquam id temporis arcano divinorum judiciorum conſilio preces ejus rejectæ fuerant. Cum ergo in his eſſemus periculis conſtituti, alter ab altero ſi quid peccatum eſſet, veniam petebamus, ac viciſſim donabamus. Deo vero gratiæ agebantur, quod iſta nos perpeti decreviſſet. Jam vero dum Epiſcopus Angelo tutelari ſuam Eccleſiam commendaret, & adſunt extemplo hoſtes diſtrictis gladiis, ſanguineque perfuſis, qui per totam ædem vagantes alius alio deflectebant, quorum unus a circumfuſa multitudine digreſſus ſacrum altare adit, ibique nos inter ſedem & aram latitantes offendit, comprehenditque, nihil tamen barbarum in nos eſt molitus, nempe Deo cor ipſius aliquatenus permulcente, nihil iracundum ſonuit aut minax, vultu ad terrorem compoſito, quamvis eſſet enſe nudato armatus, qui fumabat adhuc calidum ſanguinem atque diſtillabat. Is in Epiſcopum intuitus, ab illo quam recte percontatus eſt, quiſnam eſſet? eumque ut erat edoctus, Ubinam, inquit, ſunt Eccleſiæ ſacra vaſa? Cum autem cognoviſſet de loco, educit e ſacro templo Epiſcopum ſeorſim ab omni turbatione atque tumultu, noſque cum ipſo tamquam agnos ſuum paſtorem ſequentes. Cumque in ſacellum ubi repoſita ſacra vaſa aſſervabantur noſtro ductu perveniſſet, in eo nos incluſos detinet, idemque ſatagit uti majores natu barbaræ nationis quamprimum conveniant. Quo facto, de nobis apud ipſos narrationem inſtituit. SEMNOEN, *id enim nominis cum illi inditum, tum claris ortum eſſe parentibus poſtea comperimus: cujus oratione permoti, dicam melius, Deo ad bonum exitum omnia perducente, bene animati hoſtes in nos eſſe cœperant, eodemque die ſacra deprædati (erant autem hæc omnia perfecti operis quinque mil-*

lia librarum ponderis) captivos nos ex urbe egredi fecerunt: dolore, ut omittam cætera, vehementi confectos, atque ad Amiram, qui in veteri majore Eccleſia conſederat traduxerunt. Hic autem in una earum, quæ ibi reperiebantur, camera concluſos reliquit. Illic omnimodis incommodis affici corpuſculum fuit neceſſe: nam & gravi odore locus repletus eſt, eo ſcilicet qui ex naturalibus excrementis exoritur, vermibus etiam qui ſolent in diem ingenerari & ſcatere, nec non muribus conſueto ibi degentibus, tum pediculorum examine, & cimicum, & pulicum propemodum exercitibus inhorruit. Ut vero

pag. 93.

non facta eſt, tenebris obruti ſumus ſub tectum ferme cadentibus. Fumo etiam qui forte externo fiebat oppleta domus, qui & reſpirationem miſeris intercluſit, & mutuos aſpectus maxima ex parte nobis ademit. In hac ipſa camera cum ſacro antiſtite, & altero e Clericis fratribus conjecti fuimus: nam qui reliqui fuerunt, urbis excidio una omnes contrucidati ſunt. Dies ibi triginta complevimus: propterea quod ad Syracuſanas munitiones emoliendas id temporis voluerunt conſumptum. Per idem ſpatium ea quæ intra murorum ambitum continebantur, incendiis abſumpta ſunt. Captæ vero prædæ ſpolia tot fuere, tantique pretii, ut ejus ſubducta ratio millies mille nummum repetita ſit. Non multo poſt iter Panormum verſus aggreſſi, quod ſex dierum intervallo perfecimus, vecti jumentis ferundis oneribus natis. Abduxerunt vero immites efferique Æthiopes. Tandem diurnis æſtibus, nocturniſque frigoribus divexati, die ſeptimo, cum interdiu noctuque iter facere non fuiſſet deſitum, celeberrimam civibuſque frequentem urbem Panormum ingreſſi ſumus, obviam factis nobis urbem ingredientibus populaGribus, qui ob lætitiam effuſi, Epinicia concinebant; dumque prædas in urbem victores importare viderent, Pæanis fauſtiſque acclamationibus excipiebant. Jam vero in urbem ſcedentes, tum demum comperimus convenarum ac civium multitudinem juxta famam illius, nihilque imparem opinioni noſtræ fuiſſe. Illuc enim univerſum Saracenorum genus confluxiſſe putares a ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari, juxta beatiſſimi Davidis conſuetum loquendi morem. Unde in tantu incolentium colluvie coanguſtati, in circuitu ædes ſtruere atque habitare incœperunt, adeo ut permultas adjacentes urbes poſuerint, primariæ, ſi quis vellet, ad oppugnandum & repugnandum non impares. Cum igitur, ut dicere inſtitui, nequiſſima urbs omnium potiretur, Contarchum, Imperii nomen id eſt, ſui nominis celebritate neutiquam dignum putavit, donec nos ſub jugum mitteret. Quin & ſe facturum promittit & comminatur, ut abs ſe longe poſitos, atque adeo ipſius imperatricis urbis viros in ſuam redigat poteſtatem.... His ita ſe habentibus, poſt diem quintum ad majorem Amiram introducimur. Is autem ad ſolarium ſuperbe in ſolio conſidens valde ſibi ex tyrannica poteſtate placebat, & quaſi mantile nobis, ipſique medium ſuſpenſum utriaque aſpectibus obverſabatur. Siſtunt Epiſcopum miniſtri: tum ille per interpretem, Tenes, inquit, noſtratem orandi modum? Minime, inquit ſapientiſſimus Præſul. Is vero, Cujusnam gratia? Reſpondet Epiſcopus, Quod ſummus ego Sacerdos Chriſti ſum, Chriſtique ſervorum Myſtagogus, de quo Prophetæ & Juſti olim vaticinati ſunt. Non ſunt, inquit Amiras, apud vos revera Prophetæ, ſunt vero nomine: non enim ab illis alienatus eſſes ob tuas doctrinas, neque a recta fide deflexiſſes: in circuitu enim impii ambulant. Quid enim Prophetam noſtrum blaſphemiis impetitis vos? minime nos Prophetas blaſphemamus. Excipit Epiſcopus, Propterea quod non in Prophetas invehi, ſed pro ipſis loqui magnificeque ſentire condidicimus: hunc vero qui apud vos colitur ignoramus. His reſponſis attonitus, extem-

LIBER XVI. *pio nos in carcerem retrudi jubet. Ducti incedebamus media urbis platea in popularium conſpectu: Chriſtianorum permulti ſubſequebantur, de noſtra miſeria non obſcure ejulantes, nec non contrariæ ſectæ homines ſpectandi ſtudio exciti nos conſtipaveeant, inquirebantque quiſnam eſſet celeberrimus ille Sicilienſis Archiepiſcopus. Hunc admodum populum evaſimus; tandem in * demoſterium conjicimur; id autem lacus eſt quatuor ſupra decem gradibus depreſſum habens pavimentum, adeo ut illi oſtiolum pro feneſtra eſſet. Tenebræ hic meræ & palpabiles, lumine tantum lucernæ vel interdiu aliquatenus colluſtratæ. Neutiquam in iſto carcere luciferum mane exorientem fas eſt aſpicere, nec lunam radios emittentem. Corpuſculum hic æſtuſi valoribus percuſſum (æſtus enim erat) & cohabitantium habitu torridum, præterea cimices & pediculi, & pulicum examina, cæteraque hiſce beſtiolis ſimilia per tenebricoſum hoc pavimentum ſerpentia miſellum hominem ſtigmatium reddunt. Sunt & eodem in carcere concluſi, promiſcueque nobiſcum harum miſeriarum mercaturam facientes Æthiopes, Tharſenſes, Hebræi, Longobardi, tum Chriſtiani noſtrates, e diverſis locis profecti, in queis erat quoque Sanctiſſimus * Melitenſis Epiſcopus duabus compedibus pedes adſtrictus. Tum vero Pontifices alterutrum complexi, ſacroque oſculo exoſculati, paululum ob ea quæ ſibi evenerant ſunt collacrymati; mox Domino eadem de re gratias agentes, ex noſtra Philoſophia depromptis rationibus doloris ſenſui repugnabant. Dum in his verſamur, execrabilis ille dies ſtatà apud hoſce Sacrificii occurrit; quo die memoriam facere ſe jactitant ſacri illius, quod olim Abraham fecerat, quando datum arietem pro rationis participe victimam Deo immolavit. Hunc per inſcitiam Paſcha nominant; nec abs re diem ſic indigitant: non enim ab Ægypto in terram promiſſionis eſt illis tranſitus, juxta veterem Paſchatis nomenclaturam: neque ex hac terra in cæleſtem oram, aut ex morte ad vitam, ut Chriſtiana fides hoc vocabulo uti nos docet, ſed ex vita ad mortem, & ex hoc corporeo interitu, & ſub ſenſum cadente, ad ſempiternum illum, & ad id quod numquam fine ſit cariturum incendium. In hac diei celebritate (o dementiam ſingularem!) Archiepiſcopum comburendi ſit conſilium, maliſque dæmonibus hoſtiam offerendi ſanctiſſimum Chriſti Pontificem. Quidam enim ex iis qui populo præerant, os habens patente ſepulchro adæque ſpirans, Æquum eſt inquit ad circumſtantes converſus, o cives, in hunc Chriſtianorum Antiſtitem manus injicere pro noſtra incolumitate, tum quo feſtivius ac ſi umquam alias celebre nobis Paſchatis feſtum agamus: ſic enim proſpere nobis res noſtras ceſſuras, & incrementa meliora facturas eſſe confido. Hæc ille. Verum hæc audientes ſenes quidam canitie juxta ac priores, togaque honeſtiſſimi, ad populum habito conſilio, factum improbarunt. Non enim hæc eſſe dicebant ſatis; putabant illius diei celebritatem cohoneſtandam inſigne pervigilium egiſſe excidium Syracuſanæ urbis. Itaque mali conſiliarii in Archiepiſcopum & nos conſilium diſſipatum eſt, Deo volente. Jam ex illo in hunc uſque diem perſiſtimus ærumnis multis detenti, mortemque ipſam, quæ ſemper nobis captivis imminet, quotidie præſtolantes. Tu vero, o dilectum & venerabile caput, tui Theodoſii fac ſis uſque memor, Deumque placatum propitiumque reddito, ut noſtros hoſce fluctus componat, ſiſtat atque compeſcat, noſtramque captivitatem convertat ſicut torrens in Auſtro, juxta Prophetam Regem Deique parentem. Amen.*

* δεσμωτήριον

* Manas, ſeu Menas. *Vide Pyrrum to. 2. p. 592.*

Edit. Pariſ. pag. 95.

Sequuntur hæc carmine ex Græco Latine ſcripta.

Fructus laborum ſume meorum, Pater,

Sunt quippe pleni queſtuum, & lacrymis madent.

Sume, Pater, mandata, ſume his litteris

Excidia quæ in nos hoſtis invexit ferox. LIBER XVI.

Deum rogato, tendat ut amicas manus,

Jamjam propinquo funeri charo huic tuo,

Τῶν γαμετῶν) Vide Anonymum in vita Sancti Nicolai Studitæ pag. 934.

Σεισμοὶ δὲ φοβεροὶ) Quos inter extitit ille terræ motus qui poſt depoſitionem Photii & reſtitutionem Ignatii extitit, quo adeo concuſſa eſt urbs, ut Eccleſias aliaſque ædes a fundamentis ſubruerit, & αὐτὴ πόλις, πολυάνδριον effecta illa fuerit, ut ſcribit idem Photius Epiſt. c. & cs. ubi hunc divinæ ultioni adſcribit ob injurias ſibi irrogatas. N. 11.

Κωνσταντῖνος) Ex priore Baſilii uxore genitus, ut indicavimus in Familiis Auguſt. Byzant. de quo hæc præterea ſcribit Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. Conſtantinopol. ἤδη μὲν τότε τῷ Βασιλεῖ τέθνηκε Κωνσταντῖνος ὁ πρεσβύτατος καὶ πρωτότιμος υἱός, ὃν καὶ ἅγιον ὁ τρισμακάριος οὗτος (Φώτιος) εἰς υἱὸν τῷ πατρὶ χάριν ἐξ ἑαυτοῦ χειροτονεῖν, μοναστηρίοις τε καὶ ναοῖς ἀνθρωπαρεσκὶν τιμᾶν ἐκ νόμου ἐβούλετο.

Μαρτινακίου) Meminit Codinus in Orig. CP. n. cx. Martinacæ Patricii, avunculi Theophanonis Auguſtæ, ſub Michaele & Baſilio, a quo ædificatum Monaſterium quod illius nomen retinuit.

Θεόδωρος ὁ Σανταβαρηνός) Quis ille Santabarenus, & unde ortus, illiuſque fortunam deſcribit Stylianus Neocæſareæ Epiſcopus in Epiſt. ad Orientales, deſcripta in Appendice ad Concilium Conſtantinopolitanum ɪv. cap. ɪv. pag. 1404. 1405.

Ξιφίδιον ἔνδον τοῦ ὑποδήματος) Leo Grammaticus, ἐν τῷ τουβίῳ, in Tibiali. Porphyrogenitus in avi vita n. xcix. edit. Combefiſii, μάχαιραν ὑποκομιζόμενον τὰ πέδιλα τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ita Santaberenus ad Baſilium. Symeon Logotheta in Baſilio n. xxi. & in Chronico MS. in quo corporis loco παραξιφίδιον habuerit Leo non tradit. Scylitzes ἐντὸς τοῦ ὑποδήματος, ut Zonaras & Glycas, ubi Leunclavis *ſub veſte* vertit, & recte, ni fallor: neque enim in calceis vel in tibiali pugionem geſtare potuit Leo, niſi per tibialia braccæ intelligantur.

Ἐγκλεῖει ἔσω τοῦ βασιλικοῦ παλατίου ἐνὶ) Errat igitur Damaſcenus Studita Homil. xxxɪv. dum ſcribit Theſſalonicam relegatum Leonem una cum uxore Theophanone.

Κατὰ καιρὸν) Verbigratia, in Nativitate Chriſti, in Tribunali novemdecim accubituum, de quibus ſtatis conviviis egimus in noſtra Conſtantinopoli lib. ɪɪ. ſect. vɪ. n. ɪ.

Ἐν κλουβῷ) Wolfius ſcripſerat *in corte*: *in cavea* reſtituimus. Vide Gloſſ. med. Græcit. in Κλουβός.

Τὸ τοῦ ὁ Βασιλείς) Vide noſtram Conſtantinopolin lib. ɪv. ſect. ɪv. n. ɪ.

Εἰ μή τις) Vocabatur is Jacobitzes Vide Symeonem Logothetam in Baſilio n. ɪɪɪ. & Leonem Grammatic.

Στυλιανὸς) Extant in obitum neſcio cujus Styliani, Primi a Secretis, Jambi Symeonis Logothetæ & Magiſtri, vulgo Metaphraſtæ appellati, & ab Allatio in Diſſertat. de Symeonum ſcriptis deſcripti. Obiit vero hic Stylianus de quo Zonaras, Leone imperante, ut eſt apud Anonymum Combefiſianum n. xɪv. *pag. 96.*

Βασιλεὺς Λέων ὁ φιλόσοφος) Ita ad marginem ſcriptum in Codd. MSS. Negat Allatius Leonem Imp. appellatum φιλόσοφον, hocque cognomen uni convenire Leoni Philoſopho, de quo agunt Scriptores Byzantini in Theophilo, illum vero σοφὸν appellatum. Certe Conſtantinus Porphyrogenitus filius in avi vita n. xʟvɪɪɪ. ʟxxvɪ. & ʟxxxɪx. Edit. Combefiſii, Leonem

LIBER XVI. σοφώτατον ſemper appellat. Promiſcue vero apud Balſamonem Σοφὸς & Φιλόσοφος indigitatur. Sed & in Novella Alexii Comneni apud eumdem Balſamonem ad Nomocan. Photii p. 140. 142. 1. Edit. Λέων Φιλοσοφώτατος dicitur. In Cod. Reg. in quo deſcribuntur libri II. περὶ θεμάτων Conſtantini Porphyrogeniti, hic titulus præfertur: φιλοπόνημα Κωνσταντίνου υἱοῦ Βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ.

Στέφανον ἀρχιερατεύοντα) Gregorius in vita S. Baſilii junioris n. 11. Στέφανος δὲ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατεύεται, ἀνὴρ πάσῃ ἀρετῇ διαπρέψας· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν συντόμῳ τὸ κοινὸν ἐκπληρώσας, καὶ συνεχῶς καθάρσεως παρὰ παίδων ἰατρῶν δεξάμενος, διὰ τὴν ἐγκλείσασαν αὐτῷ ἐκ (ſ. πορευθεὶς) πυρεξίας, ἐφ' ἣν κακῶς ψυχικῶς τὸν σώματος, καὶ εἰς τόπον δυσδιήγητον περιπεσὼν ἐτελεύτησε. Erchempertus cap. LII. *Sereniſſimo Baſilio Auguſto æque his diebus defuncto, duo filii ejus in Imperio ſunt electi, id eſt Leo primogenitus, & Alexander ſubſequens: tertius vero Stephanus nomine Archiepiſcopatum ejuſdem urbis, ejecto Photio, qui olim a Nicolao primæ Sedis Pontifice ob invaſionem Epiſcopatus Ignatii adhuc ſuperſtitis perpetuo anathemate fuerat mulctatus, & a Joanne Papa, ut ita dicam, ignaro, ad priſtinum gradum reſuſcitatus, regendum ſuſcepit.*

Ἀντώνιος ὁ Καυλέας) Cujus elogium deſcripſit Nicephorus Philoſophus, editum a Lipomano, Surio, & Bolando XII. Febr.

Ὁ δὲ Σαμωνᾶς) Illius meminit Conſtantinus de Adm. Imp. cap. L. & Gregorius in vita S. Baſilii junior. n. III. ubi Πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος indigitatur.

N. 13. Ζωὴ) Hanc Zoizonem vocat Luithprandus lib. III. cap. VII. qua cum, *veneres dulcedine junctum* fuiſſe Lacapenum ſcribit poſt pulſos æmulos.

Ἔτη) Deeſt etiam in MSS. Codd. annorum Patriarchatus Antonii numerus. Catal. MS. Nicephori Call. ὁ Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ (Λέοντος) ἔτη β'. Sed reponendum ζ'. obſervat Joan. Bolandus ad XII. Febr. p. 622.

Καὶ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Λαζάρου) De hac æde S. Lazari pluribus egimus in noſtra Conſtantinopoli, in quam a Leone Imp. illatum ejuſdem Sancti corpus, tradit pariter auctor incertus in Homil. in Sabbatum Lazari, pag. 9. τοῦτο τὸ τίμιον καὶ ἅγιον λείψανον ὁ σοφώτατος Βασιλεὺς Λέων ἐκ τινος ὄψεως θεοτίμου ἐκεῖθεν μετακομισάμενος, ἐν τῷ πανσέπτῳ καὶ ἁγίῳ ταύτῃ ναῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου σεμνῶς καὶ πολυτελῶς κατατέθεισεν, ὃ καὶ νῦν εἰς ἔτι μένον, ἄρρητόν τινα εὐωδίαν ἀποτελοῦν, καὶ ἰάσεις ψυχῶν καὶ σωμάτων ἡμῖν παρεχόμενον.

Ταυρομηνίον) Vide Conſtantinum lib. II. de Themat. cap. X.

Τοῦ ἁγίου Μωκίου) Idem narrant Anonymus Combefiſianus, Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, Scylitzes, &c. De æde vero S. Mocii pluribus egimus in noſtra Conſtantinopoli, in qua præ aliis feſtum S. Euthymii, cujus reliquiæ ibidem aſſervabantur, III. Januarii celebratum obſervant Synaxaria MSS. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου κειμένου ἐν τῷ ἁγίῳ Μωκίῳ. Huic proxima fuit S. Anthimi ædes ſacra, uti docet Scriptor MS. vitæ S. Joſephi Hymnographi: καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Βασιλεῖ ἀπὸ μεγαλοπόλεως μεθ' οὗ τοῦ ἱερομάρτυρος ἑαυτὸν ἐγκατακλείσας, οὗτος λέγω δὲ Ἀνθίμου τοῦ θείου, πλησίον ὑπάρχοντι τοῦ ἁγίου Μωκίου, ταῖς ἰδίαις ἀρεταῖς παρεζύγη. In eam ædem illatum fuiſſe corpus S. Sampſonis Xenodochi docemur ex illius vita MS.

Edit. Pariſ. pag. 96. τὸ δὲ ἱερὸν σῶμα καὶ ἅγιον τῷ μεγίστῳ ναῷ τοῦ Μωκίου τοῦ μάρτυρος πανσέπτως ἐγκατατίθεται, ἀπὸ δὴ καὶ συγγένειαν ἔλαχεν ἐκεῖθεν τοῦ μεγάλου φημιζομένου.

Ἱερίου) Ἡρίου ſcribit Conſtantinus Porphyrogenitus in Baſilio & in lib. de Adm. Imp. ἱερίου alii, Ἡρίου, Ἡραίου, denique cæteri: Pala-

tium Imperatorum Aſiaticum, de quo multis egimus in Conſtantinopoli Chriſt. lib. IV. Sect. XIII. N. 11. cujus conditorem Juſtinianum M. agnoſcunt Excerpta quædam Hiſtorica ex Cod. Reg. MS. MMXXIII. fol. 97. Ὅτι τὸ τῆς Χαλκηδόνος ἀνακτόριον τὸ παλαιὸν Ἡρίον ἢ ἐν ᾗ λεγόμενον· παρεῖσαν γὰρ ἦν τῶν πρώτων τῆς πόλεως Χαλκηδόνος· ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἀνακτόριον τὸ ὅλον ἀνεστήσατο, καὶ ἀνακαθάρας τὸν τόπον, βασίλεια ἐκτίσε περιφανέστατα, καὶ Ἡρίον ὁ τόπος μετωνομάσθη, ἤγουν ἱερία. Perperam vero iſtius Palatii nomen deſcribitur in Orthodoxorum invectiva adverſus Iconomachos edita a Combefiſio cum Continuatore Theophanis pag. 304. n. V. ubi Pſeudoſynodus coacta ſub Copronymo contra cultum Imaginum dicitur ἐν Κπόλει εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον Ὀρεία. Legendum enim ἱερία, delendumque ἐν Κπόλει.

N. 14. Ἱμερίου τοῦ Λογοθέτου) Meminit iſtius expeditionis Himerii Scriptor coævus vitæ S. Theoctiſtæ Lesbiæ: ἐπιμεμιγμένων δὲ συστρατευόμενοι Ἱμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ, καὶ ἄρχοντι τό τε δρόμου κατὰ τὸ τέλος παντός.

Τοῖς δὲ Ἀγαρηνοῖς) Neſcio an ea tempeſtate Saraceni Nicæam tentarint, illiuſque muros ſubverterint, quod certe videtur ſuadere inſcriptio ad ejuſdem urbis muros verſus Occidentem, quos a Leone & Conſtantino filio refectos innuit, eo quo ſuperati ſunt hoſtes loco: Ἐνθάδε ἡ βαρβάρων τῶν ἐχθρῶν κατασχεῖν θράσος, ἐκεῖ οἱ φιλόχριστοι ἡμῶν Βασιλεῖς Λέων καὶ Κωνσταντῖνος ἀνηγείρασι πύργον τῆς πόλεως Νικαέων ἀνεγείραντες, διὰ τοῦ τὸ ἔργον ἐπιδείξαι τοιοῦτον ἀναστήσαντες σημεῖον κατὰ ἀνακαίνων χιλίων, καὶ μόχθον ἐργασάμενοι Ἀρτάβασδος Πατρίκιος Κουροπαλάτου. Niſi hæc murorum Nicæenſium ſubverſio referri debeat ad annum X. Leonis Iſauri, cujus meminit Theophanes, ſcribens Mavium Saracenorum ducem Nicæam obſediſſe, ac μετὰ πολιορκίαν πολλὴν καὶ καθαίρεσιν τῶν τειχῶν, Sanctorum Patrum, qui ibi colebantur, interceſſionibus, urbe tamen minime potitum fuiſſe.

Κυρὸς) Vide Gloſſ. med. Græcit. in φυτλίον.

Τῇ δὲ ἑορτῇ) Lupus Protoſpatha: *An.* DCCCCXIII. *Ind.* I. *coronatus eſt Conſtantius* (Conſtantinus) *Imp. filius prædicti Leonis, qui regnavit anno* XLVII.

Ἡ τοῦ Ἰουδαίου τρισματιδυκοῦ) Legendum Ἰσαύου, quomodo habent Leo Grammaticus, Anonymus Combefiſianus n. XXXI. Scylitzes, & Glycas.

Ἐν τοῖς Νεωσικοῖς) Subdit, quod ab aliis ſiletur, Symeon Logotheta in Chron. MS. Ἄξιον δὲ ὀλίγα εἰπεῖν περὶ τρόπου ἡ μονὴ τῆς Νεωσίου κέκτηται· οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος εἶχε πατέρα γέροντα ἀδελφὸν, ἢ φοβούμενον τὸν Θεὸν, ὃς καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῶν Νεωσίου προσείξεν ἐκίνητο πρὸς τῇ θαλάσσῃ τινὶ μικρὸν, ἐν ᾧ καὶ ὕδωρ ἀπὸ δεξαμενῆς ἐκβάλλοις τοῖς διψῶσι ἐποίει παραψυχήν. Ἐν τούτῳ τῷ ὕδατι συνέβη στρατιώτην διέρχεσθαι, καὶ ἀναψύξαντα ἐκβαλεῖν ἀπὸ ὧν δεσμῶν πέραν εἶχεν νομισμάτων, καὶ ἀριθμοῦσαι, ἃ καὶ θεὰν εἰς τε τὸ πρὶν ἀριθμούμενον· εἶτα ἀναστὰς, οἷα συμβαίνει, καὶ τῷ ἵππῳ ἐπιβὰς, ᾤχετο τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, τὸ χρυσίον κατὰ τὸν τόπον ἀφείς. Ὡς δὲ ἐπὶ ὀδῷ εἶχεν ὁ γέρων, ἐξῆλθε πρὸς τὴν δεξαμενὴν, καὶ εὑρὼν τὸν χρυσίον, ἐλυπήθη τὴν τὸ ἀπολέσαντος ἀθυμίαν· ὅμως ἐν ἑαυτῷ φυλάττων, εἰ δηλαδὴ ἀπὸ ποιός εἰ; ἐκεῖνα δεχόμενοι τῷ Θεῷ τοῦτον ἐλθεῖν καὶ ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον. Ὁ μὲν τοι στρατιώτης τὰς πύλας περιπατεῖ, καὶ ἐπιμελεῖς, ὅμως τι τοσοῦτον μὴ δυνάμενος, τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἀπῄει λυπούμενος· καὶ μετὰ τρίτον ἐνιαυτὸν, ἔρχεται πρὸς τὸν τόπον τοῦ Νεωσίου, καὶ τοῦ ἵππου ἀποβὰς, αὐτὸν μὲν ἐπότισεν, ἀλλὰ ἐξ αὐτοῦ τινὸς ἐκεῖνο στεναγμοῖς, καὶ τούτοις εἶπεν, ὅτι Ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀπώλεσα μου τὴν ζωήν. Τοῦτο ἀκούσας ὁ τίμιος γέρων, ἐπηρώτησεν αὐτῷ, Τί ἄρα τὸ συμβὰν, Κύριέ μου; Ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι Ἐνταῦθα ἀπώλεσά τε, καὶ παρελθὼν καὶ τὸν τόπον ὑπέδειξεν, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ βαλαντίου, καὶ τὸ πόσον ἔλεγεν· ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ εὐθὺς ἐξέλκει τοῦτο τὸ κόλπου αὐτοῦ, καὶ φησὶ, Γνωρίζεις τοῦτο, ὁ δὲ ἀφωνίᾳ ἐπὶ πολὺ καταπλαγεὶς, Ὁμοίως ναὶ, εἶπεν, ὅπερ ἀπώλεσα αὐτό ἐστι· καὶ φησὶ, Ἀπόλαβε αὐτὸ, πληροφορήμενος ὡς οὐχ

LIBER XVI. N. 14. pag. 89.

ἄνοιξα αὐτὰ, ἰδὲ εἶδον τί ἐστιν ἔσωθεν. Τοῦτο λαβὼν ὁ ἄνθρωπος, παρακαλῶν λαβεῖν ἐξ αὐτοῦ ὅσα καὶ βούλεται· ὁ δὲ οὐκ ἠθέλησε τὸ σύνολον, ὅθεν ὁ στρατιώτης ἀπέρχεται τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, χαίρων καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ὁρᾷ κατ' ὄναρ τὸν Χριστὸν ἐλθόντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ. Εἶδον ἃ ἐποίησας εἰς τὸν στρατιώτην, ἰδοὺ μέλλω ἀντίμισθον γενόμενον Παρακοιμώμενον τὸν υἱόν σου, καὶ τὸ φρόντισμα τοῦτο εἰς μισθὸν μεγάλην γενήσεται πρὸς δοξολογίαν ἐμήν· καὶ σὺ δὲ αὐτὸς τὸν ὑπὲρ τούτου μισθὸν κομιεῖ. Πρωΐας δὲ γενομένης, τὸ μήνυμα ἦλθεν, ὡς μετ' ὀλίγας ἡμέρας τῇ θελήσει τοῦ Βασιλέως καὶ τῇ ἐξόδῳ, ὡς εἴρηται, τὸ μοναστήριον οἰκοδομεῖται καὶ ἀνδρεῶνα.

N. 15. Σὲν γὰρ) Hæc varie efferuntur a Scriptoribus: Symeon Logotheta ait præſtigiatores Alexandro dixiſſe τὴν ζωὴν αὐτοῦ προσανακεῖσθαι apri ſtatuæ in Circo. Neque aliter Leo Grammaticus: τὸ τοῦ συάγρου χαλκοῦν τὸ ἐν τῷ ἱππικῷ σοι καὶ τῇ σῇ ζωῇ προσωκείωνται. Zonaræ vero accedit Scylitzes: στοιχεῖον γὰρ αὐτοῦ τοῦτον εἶναι προὔφασκον, Λέοντι γὰρ ἀντιμάχεται τῷ αὐτοῦ, φασίν, ἀδελφῷ.

Επιτρέψασα) Gregorius in vita S. Baſilii Junnum. x. παρελθόντος δὲ τούτου τὰ σκῆπτρα κατέχοντος Λέοντος, μετ' ἐνιαυτὸν καὶ μικρόν τι πρὸς, καὶ ὁ τούτου αὐτάδελφος μετέσχε Ἀλέξανδρος, ἀφῆκεν καταλεῖψαι τῆς βασιλείας τὸν ἐκ τοῦ Λέοντος ἀνεψιὸν Κωνσταντῖνον, σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ζωῇ, νήπιον δὲ ἀμφιδῆ ὄντα· ἐπιτρέψας δὲ τῇ φυλακῇ αὐτοῦ ἐστάλκει τόν τε Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Νικόλαον, καὶ ἐκεῖνον τὸν Μάγιστρον τὸν Γαβαλᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν τῷ παιδὶ συντηροῦντας μὴ τις ἁρπάσῃ αὐτήν.

N. 16. Παιδὰ ὄντι τυγχάνοντι) Luithprandus lib. III. cap. VII. de Leone Imp. *Unicumque filium Conſtantinum, qui nunc uſque ſupereſt, & feliciter regnat, parvulum, & ut Græci ajunt, ἄλαλον, id eſt mutam & infantem dereliquit.*

Ο μὲν τὸν τοῦ Δούκα, &c.) Tyrannidis Conſtantini Ducæ Hiſtoriam præ cæteris accurate deſcripſit Gregorius in vita S. Baſilii junioris cap. IX. X. XI. XII. XIII. & XIV. a quo excuſatur, multiſque laudibus extollitur, ob vitæ probitatem, & bellicam virtutem.

Ὡς εἰς εἶναι λέγεται) Quod & teſtatur in primis idem Gregorius cap. X. & XI.

Τυραννίδι) In hujuſmodi Reipublicæ mutationibus, ſceptrique ab una familia ad aliam per uſurpationem aut tyrannidem translatione, fere ſemper accidebat, ut in Imperii provinciis paulo remotioribus, ſeditiones novique motus excitarentur. Luithprandus lib. II. cap. XII. *Et ſicut fieri aſſolet, primo quo Romanus ſuſcepit Imperium, nonnullæ ei gentes, præſertim Ἀνατολικοὶ, hoc eſt Orientales, viſæ ſunt rebellare.*

Ἐξέτεμε τὴν κεφαλὴν) Ita Leo Grammaticus, Scylitzes, Logotheta, & alii. At auctor vitæ S. Baſilii junioris ſagittæ ictu in dextra vulneratum primo ſcribit, continuoque in terram deciſſe, poſteaque interemptum.

Ex Χρυσοπόλεως) Symeon Logoth. & Scylitzes, ἀπὸ τοῦ Δαμαλίου μέχρι τοῦ Ἀδαματίου.

Ο δὲ Βούλγαρος Συμεὼν) Vita S. Lucæ junioris p. 977. Συμεὼν γὰρ ὁ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους ἄρχων· Βουλγάρους αὐτοὺς οἴδαμεν συνήθως καλεῖν &c. Vide quæ de Symeone annotamus in Familiis Dalmaticis, ubi Regum Bulgariæ ſeriem & geſta perſtrinximus.

Καὶ τὸν Παρακοιμώμενον) Quem Leo & Alexandro & filio Conſtantino tutorem reliquerat. Luithprandus lib. III. cap. VII. *Quibus ad tuendam palatium, tuendamque rem privatam, ut iſtic moris eſt, Eunuchum officio Parathimimenon dedit.*

Edit. Pariſ. pag. 99. Λέοντι τῷ Φωκᾷ) Quem Leo Imp. paulo ante mortem Magnum Domeſticum dixerat. Luithprandus lib. III. cap. VII. *Focam vero domeſticum Majorem, hoc eſt terreſtris ducem exercitus fecit.* Deinde, ubi de hac expeditione: *Denique tempore quo magnus Imperator Leo migravit ad Chriſtum, Focas prædictus Domeſticus terreſtris Dux exercitus, contra Symeonem Bulgarorum Regem copias duxerat, eique Conſtantinopolim venire cupienti non inutiliter repugnabat.*

Δρουγγάριος ὢν τῶν πλοΐμων) Hanc dignitatem nactus fuerat Leone Sapiente imperante, ob ſingularem animi fortitudinem, quam in cæde Leonis potiſſimum oſtenderat. Luithprandus lib. III. cap. VI. *Unde factum eſt, ut tam pro cæteris, quam pro præclaro hoc præſenti facinore, non multo poſt a Leone Imperatore tanto donaretur honore, ut omnes naves ipſius eſſent in manibus, ejuſque juſſionibus obedirent.* Et cap. VII. *Romanum autem non claro natalium ortu, ſed corporis magnanimitate nobilem, navalis exercitus principem ordinavit.* N. 17.

Οἱ μὲν οὖν οὕτω ταῦτα φασί) Vide Symeon. Logoth. n. 2.

Οἱ δὲ ἄλλοι τὸ πρᾶγμα ἱστόρουν) Atque in iis Luithprandus ejuſce ævi Scriptor lib. III. cap. VIII. *Cum Bulgaris præterea pugnanti Focæ Domeſtico, qui & ipſe Pater Baſileos ardenter fieri cupiebat, in ipſo bello jam de hoſtibus triumphum tenenti, quid a Romano actum ſit nuntiatur. Qui mox animo conſternatus, nimio dolore compulſus, victoriæ ſignum quo hoſtes inſequebatur, projecit, terga vertit, & quos prius adverſo marte fugarant, proſpero poſtmodum inſequuntur: tantaque tunc Argivorum ſtrages efficitur, ut longo poſt tempore campus plenus oſſibus videretur. Omni denique cum feſtinatione jam nominatus Focas Domeſticus Conſtantinopolim redit, Palatium ingredi cupit, & arte fieri Pater Baſileos ſatagit. Sed quia Conſilii vis expers mole ruit ſua, & ut Flaccus dixit.* Dii ſem temperatam provehunt in majus, *a Romano Domeſticus iſte capitur, atque utroque lumine privatur. Bulgaris non minima vis augetur, iiſque Græcos depopulandi viciſſitudo duplatur, præditur.* Neque tamen hæc cum Zonaræ & aliorum Scriptorum Byzantinorum narrationibus omnino conſentiunt.

Παιδαγωγὸς) Theodorus, Symeoni Logothetæ, Scylitzæ, & aliis. Vide Lambecium lib. III. de Bibl. Cæſar. p. 13.

Καὶ τοῦτο τὸ Παρακοιμωμένου) Rem paulo ſecus narrat Luithprandus lib. III. cap. VII. *Romanus vero, ut non incallidus, audito Imperatorum, hoc eſt Leonis atque Alexandri interitu, haud longe ab urbe collecto claſſium exercitu fugit, atque in inſulam parvam juxta Conſtantinopolim, ita ut e palatio videri pene poſſet, navibus collectis advenit. Ad palatium autem minime transfretavit, laudeſque juxta conſuetudinem Porphyrogenito minime decantavit. Quæ res Eunucho Parachimmeno, cunctiſque Conſtantinopoleos Principibus ſtuporem timoremque non parum attulit. Internuntii itaque, quid hoc monſtri ſit quod Regem non adierit, laudeſque debitas non ſolverit ſciſcitantur. His a Romano reſpondetur, quod propriæ vitæ timens Palatium declinarit: & adjecit, Quod ſi Parachimmenos cæteris cum Principibus ſe non adiret, vitamque jureiurando promitteret, mox ſe ad Cretenſium Saracenorum Regem conferret, Regnumque Argivorum ſui auxilii fortitudine debellaret. Quod quam callide dixerit exitus declarabit. Igitur quo præfati ſumus Principes terrore compulſi, ignoranteſque quod lateret anguis in herba, omnes hunc fiduliciter adeunt, quod mandaverat gratuiter cupientes implere. Quos omnes non malo conſilio accepto, projector in ſententiam ligat, ſicque ſecurus ad urbem magno cum comitatu feſtinat, hiſque quos ſuſpectos habuerat Palatium purgat, ſui parentes ibi collocat, &c.*

Τὸ δὲ ἔθνος τῶν Ῥῶς Σκυθικὸν) Leo Diaconus lib. IV. Hiſt. MS. ἐν τοῖς Ταυροσκύθαις ζέγεται, οὓς ὁ κοινὸς διάλεκτος Ῥῶς εἴωθεν ὀνομάζειν. Hanc porro Ruſſorum in agrum Conſtantinopolitanum irruptionem, & Urbis confinium vaſtationem attigit præ cæteris Nicetas Paphlago in vita Igna-

LIBER XVI. Edit. Pariſ. pag. 100. cli Patr. Conſtantinopol. Κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν τὸ μισοβαρβαρώτατον τῶν Σκυθῶν ἔθνος, οἱ λεγόμενοι Ῥῶς, ἐκ τοῦ Εὐξείνου Πόντου προσκεχωρηκότες τῷ Στενῷ, καὶ πάντα μὲν χώραν, πάντα δὲ μοναστήρια διαρπάσαντες, ἔτι δὲ καὶ τῶν τοῦ Βυζαντίου περιοικίδας κατέδραμον νησίων, σκῦλα πάντα ληϊζόμενοι καὶ χρήματα, ἀνθρώπους δὲ τοὺς ἁλόντας πάντας ἀποκτείναντες, &c.

Λακαπηνός) Conſtantinus Manaſſes:

Τὸν γέροντα τὸν Ῥωμανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Λακαπῆς.

An Lacape nomen ſit urbis aut regionis, mihi prorſus incertum. Cæterum ſenex ſeu ſenior hic Romanus dicitur, ad diſcrimen Porphyrogeniti. Michael Pſellus in Synopſi legum:

Μάθε καὶ τὸν ζητούμενον σημερινὸν νόμον,
Ὃν ὁ πρεσβύτης Ῥωμανὸς ἀπέτεινε τῷ βίῳ.

Meminit Conſtantinus Porphyrog. in Novella de Fundis Armeniacis τῆς βασιλικῆς τοῦ Λακαπηνοῦ μονῆς, Myrelæi forte ab eo ædificati.

Τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας) Iſtius & Sophiæ, de qua mox, meminit Gregorius in vita S. Baſilii Jun. n. XXVII. αὕτη δὲ ἡ Αὐγοῦστα Ἑλένη πρώτη τῶν ἄλλων βασιλίδων ἦν· ἡ γὰρ δευτέρα σύμβιος τοῦ πατρὸς αὐτῆς Ῥωμανοῦ Θεοδώρα τελευτήσασα ἦν, ἥ τε Σοφία ἡ τοῦ Χριστοφόρου ἐκείνου τελευτήσαντος κατῴκησεν ἀπὸ βασιλείας.

Στόλος δὲ Ῥωσικός) Luithprandus lib. v. cap. VI. hanc Ruſſorum cladem pluribus narrat. Qui autem fuerint Ruſſi, ita mox docet: *Gens quædam eſt ſub Aquilonis parte conſtituta, quam a qualitate corporis Græci vocant Ruſſos: nos vero a poſitione loci vocamus Nordmannos. Lingua quippe Theutonum* Nord, *Aquilo*, Man *autem mas ſeu vir dicitur*.

Πρὸς Πέτρον). Vita S. Lucæ Junioris p. 981. Οὐ γὰρ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ μὲν ἀλιτήριος Συμεὼν, ὁ πολλῶν αἱμάτων Χριστιανικῶν ἐκχύσεως αἴτιος, ἐξ ἀνθρώπων γίνεται· ἐκδέχεται δὲ τὴν τούτου ἀρχὴν Πέτρος, ὁ μὲν αὐτοῦ υἱὸς, οὐχ' οὕτως δὲ τῆς δόξης καὶ τῆς κακίας, ἀλλὰ δὴ ἐκ τῆς ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας φασὶν κληρονόμος, ἀλλὰ πολλῷ ταύτης ἀλλότριος.

Καὶ ἐξήγαγε, τῇ μαχαίρας ἔργον ἐγένοντο) Luithprandus: *Græci vero victoria potiti, vivos ſecum multos ducentes, Conſtantinopolim regreſſi ſunt læti: quos omnes in præſentia Regis Hugonis nuntii, vitrici ſcilicet mei, decollari præcepit.*

Ὁ Πατριάρχης Τρύφων) Hujus memoriam colunt Græci XIX. April. ut eſt in Menæis.

Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα) Joannis Curcuæ Stemma perſtrinximus in Familiis Byzantinis ſect. XXVI. Hiſtoriam vero & res ab eo præclare geſtas octo libris complexus eſt Manuel Protoſpatharius & Judex, ut ſcribit Anonymus Combefiſianus in Romano Lacapeno n. XLI. Is Κρουκούας dicitur Georgio Monacho.

Ὁ δὲ Βασιλεύς) Has eleemoſinas pluribus commemorat Anonymus Combefiſianus n. XLIV. & idem Georgius n. XXXVIII. XXXIX.

Καὶ φιλόδωρος) Hinc ob liberalitatem laudatur a Luithprando lib. III. cap. IV. *Imperabat vero his* (Achivis) *tunc temporis memoria ſatis & laude dignus Romanus Imperator, liberalis, humanus, prudens, ac pius.* At Gregorius in vita S. Baſilii Junioris n. XXIV. hanc perſtringit, ὡς χρυσομανῆ καὶ δωρομανῆ, καὶ τὰς τῶν λιτῶν ἀφροδισίων ὄντα ζηλωτὴν, licet cætera eſſet φιλομόναχος, quod poſtremum teſtatur Georgius Monachus n. LVIII.

Βασιλεῦσι) Porphyrogenito n. XXV. Βασιλεῦσι.

N. 20. Οὕτως μὲν ἐκεῖ) Ut Romanus a filiis, deinceps que filii a Porphyrogenito ſceptro exuti in Monaſterium tonſi relegati fuerint, pluribus narrat Luithprandus lib. v. cap. IX.

Αἱ ἐπάρσεις ἐπανάσταντος τῷ πατρὶ τοῦ υἱοῦ) At hanc
pag. 101. in Patrem filiorum conjurationem inſcio Conſtantino factam ſcribit Luithprandus lib. v. cap. IX. *His itaque quatuor imperantibus, Stephanus* LIBER XV. *itaque Conſtantinus fratres, ignorante Conſtantino Leonis Imperatoris filio, adverſus Romanum patrem ſuum quædam doloſa machinabantur. Tædebat enim eos, patris ſeveritate oppoſita, quæcumque vellent facere non licere.* Ita illi patris ſeveritatem cauſabant, quod ruſum mox repetit: *Non ferentes patris juſtam ſeveritatem.*

Καὶ τοῦ σχίζειν) Sed præterea cujuſdam Diabolini, a quo inkæ to ſe conjurationis admonitus eſt.

Καί τινες τῶν στρατιωτικῶν ἀρχόντων) Hos fuiſſe Macedones ſcribit Luithprandus lib. v. cap. X.

Ἐξώτειναν εἰς ἀπὸ ἐλθὼν τοῦ πατρὸς) Ut vero quam faceto admodum ſermone excepti fuerint a patre, belle deſcribit Luithprandus cap. XI.

Τὸν ζωῆς διαμείψαντα) Illius corpus in urbem relatum, & in Monaſterio Myrelæi ab ipſo ædificato ſepultum tribunt alii, uti a nobis obſervatum in Conſtantinopoli Chriſt. ubi ex Codino duo Monaſteria in urbe extitiſſe ejuſdem nomenclaturæ ex Codino docuimus, quorum alterum Leone M. imperante ſtabat, cujus meminit Nicephorus Presb. in vita MS. S. Andreæ propter Chriſtum Sali, (uterque porro vixit ſub eodem Auguſto) qui hæc de illo tradit: κατεφθάνει ἐκεῖ πρὸς τὸν ἀκτίναν ἐκεῖνον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῷ ἐπονομαζομένῳ Μυρελαίῳ, ἐκεῖ τὸν τίμιον αὐτῆς χαρακτῆρα βλέπων τὸ μὲν ὡς ἔλαιον.

Καὶ λόγοις προστιθεμένοις) Ad Imperii habenas adhuc puer, vixque ſeptennis pervenerat Conſtantinus, ſtatimque rerum ſummam arripuerat Romanus Lacapenus Βασιλεοπάτορος dignitate donatus, uſurpato deinde Imperatoris titulo, eoque filiis indulto, quibus etiam Conſtantinum tandem poſtpoſuit, ita ut nullo is (quamdiu vixit) fere haberetur loco: qui, dum ita ſe res haberent, ſeu neceſſitate coactus, ſeu diſſimulata, quam in tyrannum, licet ſocerum, gerebat ſimultate, libris legendis ac diſciplinis ediſcendis, atque adeo ſcriptioni totum ſe dedidit, quod in primis teſtatur Luithprandus libro III. cap. IX. ubi illius pietatem ac ſtudia commendat: *Conſtantinus itaque Porphyrogenitus tum orationi tum lectionibus vacans, totum ſe Domino commendabat, opere manuum victum quæritans. Sane τὴν ζωγραφίαν, id eſt, picturam pulcre exercebat*; & lib. v. cap. 2. ubi de quodam Diabolino: *Conſtantinum denique libris incumbentem ita convenit*, ut ſcilicet uxoris fratrum inſidias præverteret. Suæ demum factus poteſtatis, & ad ſe unicum reverſa Imperii adminiſtratione, Philoſophiæ & Rhetorices ſtudia, cæterarumque omnium & artium & ſcientiarum ſtudia pene deperdita ita inſtauravit, ut urbs Imperii primaria viris eruditis, quos ex univerſo Imperio accivit, abundare cœperit. Quinetiam optimorum Scriptorum in omni doctrinæ genere exemplaria undique conquiſivit, Palatina iis inſtructa Bibliotheca, qui non tam ipſius quam publico omnium uſui dicarentur. Verum cum tantam tamque immenſam librorum molem pleroſque ab eorum lectione deterrere poſſe exiſtimaret, ipſe, ut Principem decuit, ſingulorum utilitati conſulens, auctores omnes qui idem argumentum tractaverant, ut in unum corpus compingerentur curavit, rejectis ſuperfluis, ac ſelectis ex unoquoque ſcriptore locis iis quæ quiſque elegantiſſime tractaverat. Tales ſunt Γεωπονικῶν libri ab illo collecti, ut libri titulus & argumentum declarat. Alii non ipſius eſſe Conſtantini, ſed ejuſdem Auguſti juſſu collectionem iſtam factam volunt, quam neſcio cui Dionyſio Uticenſi adſcribit Nicolaus Guibertus in Aſſertione de Murrhinis pag. 23. cum alii, ut Jacobus Mauſſacus ad Plutarchum de Fluminibus pag. 294. auctoris nomen ignorari omnino contendant. Ita ἱππιατρικῶν libros ab eodem eſſe collectos plerique volunt. Sed & Nonus Medicus in libri de morborum

N. 21.

I iij

Digitized by Google

LIBER XVI. Edit. Par. pag. 102. curatione procemio Conſtantini juſſu præceptiones omnes medicas ex variis Scriptoribus (horum tamen ſuppreſſis nominibus) collegiſſe ſe teſtatur. Similis argumenti, id eſt Medicinæ, liber extat Anonymi in Bibliotheca Regia περὶ διαιτῶν, ſeu de ciborum facultate, cujus auctor in præfatione, illius præcepto id ſe operis aggreſſum profitetur. Verum hi & ſi qui præterea ejuſmodi libri ad notitiam noſtram non venerunt, & magnitudine operis & utilitate longe præſtant collectanea hiſtorica in tres & quinquaginta titulos, ſeu locos communes ab eodem Conſtantino, aut illius juſſu comprehenſa, ex quibus duo dumtaxat ad nos pervenere, de Legationibus ſcilicet, & de Virtutibus & vitiis. Libri vero quos ipſe conſcripſit, plures editi habentur, quorum aliquot in unum volumen compegit Joannes Meurſius: nam ſeorſim aliquot alii editi proſtant, atque in primis vita Baſilii avi Imperatoris publicata primum a Leone Allatio, deinde a Combefiſio, qui & ejus de imagine Edeſſena narrationem pariter edidit, ut & Anonymi hiſtoriam libris IV. comprehenſam a Michaele Theophili filio, in quem deſinit Chronicon Theophanis, uſque ad Michaelem Methyſtam, quam quidem ipſius Conſtantini juſſu conſcripſiſſe teſtatur in libri titulo ac proœmio, in quo & vitam Baſilii Macedonis ab ipſo nepote Conſtantino mira ſermonis elegantia conſcriptam teſtatur. Laudatur præterea ab Allatio in ſyntagmate de Symeonibus Sermo de relatione corporis S. Joannis Chryſoſtomi in urbem. Multa etiam ſtricta oratione compoſuiſſe teſtatur hoc loco Zonaras. Ex quibus patet omnino, Conſtantinum non modo fuiſſe omnibus diſciplinis exculțiſſimum, ſed & litterarum extincta pene ſtudia rurſum inſtauraſſe, viroſque eruditos, propoſitis præmiis, ad ea promovenda impuliſſe.

Δύσεργοι) Contra Græci ipſi, apud Luithprandum in legat. *Conſtantinus Imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo, &c.*

Ὁ Παρακοιμώμενος Βασίλειος) Iſtius Baſilii meminit præterea Conſtantinus de Admin. Imp. cap. XLIII. & L. & Codinus in Orig. N. LX. ex quibus docemur domum, quæ olim Aſparis fuerat, poſſediſſe. Vide Lambecium ad eumdem Codinum.

Ἐπιβολαί) Iſtius conjurationis meminit Anonymus in vita S. Lucæ junioris p. 996.

Κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύσαντος Ῥώς) Inger appellatur a Luithprando l. V. c. VI.

N. 22. Ἀθέμιτα) Luithprandus in Legat. *Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum Eunuchum Patriarcham conſtituit: cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis ei muneribus ſatis magnis effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate cum ipſe tum ſucceſſores ejus abſque Paparum permiſſa palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ palliis utantur.* Quod poſtremum an omnino verum ſit, diſquirimus in Gloſſario med. Græcit. in V. Ὠμοφόριον.

Πολύευκτος) Hujus memoriam colunt Græci v. Febr. ut eſt in Menæis: de quo hæc præ cæteris narrat Symeon Logotheta in Chron. MS. in Porphyrogen. Ὁ ἀοιδιμώτατος ἀρχιερεὺς Πολύευκτος μοναχὸς ὑπῆρχεν, ἀνὴρ καὶ ἁγιώτατος, τοῦτο καὶ ἀποστολικῶν ἰδιώτας ἀποκεκρυμμένος ἐν τινι γωνίᾳ τῆς πόλεως δοκιμασθεὶς τῷ Βασιλεῖ, μετὰ πάσης τιμῆς καὶ δοξολογίας ἀνελόμενοι αὐτὸν, τῷ μεγάλῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀποδεικνύουσι ναῷ, καὶ τὰ λείψανα τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου· ἃ καὶ μεθελόντα, τὰ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐτίθεντο· τὰ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας.

Συμβασιλεύσαντος) Conferendus Catalogus Imperatorum Codino de urbis Orig. ſubjectus.

Τὴν Κάνδακα) Quam hodie inde *Candiam* vocant. Vide Gloſſ. med. Græcit. in χάνδαξ. LIBER XVI.

Ἐξηλάσαν) Capta fuerat ea inſula ſub Michaele Theophili filio, ut eſt in Actis S. Nicolis ad XXVI. Novemb. rurſum vero in Græcorum poteſtatem rediit ſub Romano juniore. Leo Protoſpatha: *anno DCCCCLXI. capta eſt inſula Creta a Græcis ſub Romano menſe Martio.* Vide vitam S. Nicolai Studitæ p. 891. & Leonem Diacon. lib. I. Hiſt. nondum editæ, ubi de Creta expugnata fuſe agit. N. 23. pag. 103.

Ἐν δὲ Συρίᾳ γενόμενος) In hac expeditione, Focas ſanguinem, qui ex imagine Chriſti crucifixi Beritanſi manaverat, a ſe inventum, Conſtantinopolim in Eccleſiam Omnium Sanctorum deferendum curavit anno Chr. DCCCCLXII. uti pluribus obſervamus in noſtra Conſtantinopoli lib. IV. p. 131. de qua quidem ſanguinis Chriſti & aliarum reliquiarum tranſlatione, habetur tractatus MS. hoc titulo: Νικηφόρου τοῦ ἄνακτος, καὶ ὅπως παρ᾽ αὐτοῦ ἀνεκομίσθη τὸ ἐκ τοῦ πλευροῦ τοῦ εἰκόνος ῥεῦσαν αἷμα θεῖον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. In fine vero hæc ſubduntur: Ἐν οἷς καὶ μία τῶν πόλεων ὀνομαζομένη Ἱεράπολις ἀριθμὸν ἔχουσα τὸν πολύτιμον ὄλβον τὸ τίμιον καὶ θεῖον αἵματος καὶ ὕδατος, περὶ οὗ ἡμῖν καὶ ἡ παροῦσα διήγησις· ἀλλὰ καὶ ἀγενεκόμισεν ὁ τῆς ἀφομοιώσιν ἔχων τοῦ Δεσπότου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἅπαντα τὰ τῶν ἁγίων λείψανα. Τοῦτον οὖν τὸν θησαυρὸν νοσφισάμενος ἡμῖν ὁ Δεσπότης Νικηφόρος, ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν· καὶ ἀνεπαύσατο αὐτὸν ἐν τῷ ἱεροπρεπεστάτῳ σηκῷ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῷ ἐν Βλαχέρναις, ἐπέχοντος τὸ [illegible] μῆνας κδ΄. ἐν τῷ, ευοε χρόνῳ, εἶτα ἐκεῖθεν πάλιν μετεκομίσθη ὑπὸ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας λογάδων καὶ κληρικῶν ἀλλαβαῖς λαμπαδηφορούντων καὶ ψαλλόντων τὸ χρήσιμον καὶ καλοῖς ἀρρήτοις τισὶ τροπαρίοις, Θυσίᾳ τῷ αἵματι κεκοσμηθέντι, Δέσποτα Κύριε, ἐκ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς καὶ ζωοποιοῦ, θυσία μὲν τοιαύτη ἡ δοχῇ, πᾶσα δὲ ἡ γῆ σοι τὰς αἰνέσεις τῆς θυσίας ἀναφέρομεν· καὶ λοιπὸν ἀπετέθησαν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων πάντων εἰς μνήμην αἰώνιον, εἰς δόξαν, εἰς ἔπαινον τοῦ ἀποδεξαμένου ἡμῖν τοῦτο Νικηφόρου ἄνακτος. Sic porro iſtius inventæ imaginis hiſtoriam narrat Leo Diaconus lib. X. Hiſtoriar. MS. Ἐντεῦθεν ἀπάρας, ἐς Φοινίκην κάτεισι, καὶ τό τε Βαλανέων τὸ φρούριον αἱρεῖ, καὶ τὴν Βηρυτὸν πολιορκεῖ, ἐν ᾗ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐν εἰκόνι σταύρωσιν ἀνευρὼν, καὶ ταύτην ἐκεῖθεν ἀναλαβὼν, ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ναῷ, ἐν τῇ Χαλκῇ ἱδρυμένῳ, παραπέμπει. Λέγεται δὲ περὶ ταύτης τῆς θείας εἰκόνος ἐξαίσιόν τι συμβεβηκέναι τεράστιον· φασὶ γὰρ κατά τινα οἰκίαν τῆς Βηρυτοῦ ἀνδρὶ φιλοχρίστῳ προσβαίνοντα παροικεῖν, καθ᾽ ἣν καὶ τὴν ῥηθεῖσαν εἰκόνα αἰωρουμένην ἀνακεῖσθαι· χρόνου δὲ ὕστερον καθ᾽ ἑτέραν οἰκίαν μετοικίσασθαι, καὶ κατὰ λήθην τινα ἀφέμενον λήθης περιχυθέντα, κατὰ τὴν προτέραν οἰκίαν καταλειφθεῖσαν, ὥστε καὶ κατοικεῖν· τῶν δὲ τῶν ὁμοθρήσκων αὐτοῦ τινά τι τὴν ὑστεραίαν ἐκεῖσε, ἐν τῷ δόμῳ ὑπεισελθόντα, καὶ πρὸς ἐναντίαν τὴν τοῦ Σωτῆρος σταύρωσιν ἀνατεθραμμένην ἀθρήσαντα, δεινοὺς λοιδορεῖσθαι τὸν Ἰουδαῖον, ὡς ἐκπεσόντα τῆς σφῶν θρησκείας, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν σέβοντα, τὸν δὲ ὅρκοις αὐτοὺς βεβαιοῦσθαι, ἢ μὴν, μὴ τὴν τοιαύτην εἰκόνα εἶναι τοῦ παρόντος θεάσασθαι· αὐθις δὲ πρὸς αὐτὸν τοὺς παλαμναίους ἀπεῖπον εἰπεῖν, Καὶ εἰ μὴ τὰ τῶν Χριστιανῶν ὀργιάζεις, ἔργοις ἡμᾶς πληροφόρησον, καὶ ταύτην τῇ λόγχῃ ἀναλαβὼν, νύξον τὸ τοῦ Ναζωραίου εἰκόνισμα κατὰ τῆς πλευρᾶς, ὃ πρότερον οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ παλαιὸν πάλαι σταυρώσαντες ἐλόγχευσαν. Τὸν δὲ τὴν λόγχην μεταχειρισάμενον, ὡς εἶχε θυμοῦ, καὶ μάλιστα πληροφορεῖν ἐκείνους βουλόμενος, καὶ τὸ περιαπτόμενον αὐτῷ ἔγκλημα κατεπειγόμενον ἀποτρίψασθαι, νύξαι τὴν τῆς εἰκόνος πλευράν. ἅμα δὲ τῇ προσβολῇ τῆς αἰχμῆς, πλῆθος καταρρεῦσαι σὺν ὕδατι αἵματος· τοὺς δὲ δυσμενεῖς Ἰουδαίους πεπηγέναι τῷ φρικτῷ τοῦ θαύματος, καὶ τῆς φρενὸς ἀποδοθείσης, τοὺς τὰ Χριστιανῶν σέβοντας ἀποστῆναι τε τῆς Ἑβραίων ἐνίας, καὶ τιμῶν μεγαλουργοῦς. Ταύτην ὁ βασιλεὺς τὴν θεανδρικὴν μορφὴν ἐκεῖθεν ἀναλαβὼν, τῷ Βυζαντίῳ παραπέμπει, ὡς μοι ἤδη δεδήλωται.

Οἵ τε Ἀρχηγοὶ ἐσφάλησαν) Hanc Michaelis re-

LIBER XVI. ſaniam in rebus ſacris narrat Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. Conſtantinopol. pag. 1213. Conſtantinus Porph. in Baſilio N. XXI. Edit. Combefiſii, Continuator Theophanis lib. IV. N. XXXVIII. Symeon Logotheta in eodem Michaele N. XVIII. & alii; quam quidem ſub Kalen- Edit. Pariſ. pag. 104. das Januarias a Latinis ſeu, occidentalibus in uſu pariter fuiſſe pluribus docuimus in Gloſſ. med. Lat. in V. *Kalendæ*: ſed & quoad res ſacras, a Græcis habuiſſe par eſt credere, cum in Concilio Conſtantinopolitano IV. act. IX. legati Pontificii Græcis objecerint, in Regia urbe improbos Laicos rerum ſacrarum irriſores, & Senatores, ſuperhumeralia geſtare, Epiſcoporumque ritus & ceremonias imitari, etiam vidente nec prohibente Photio Patriarcha, ſub ipſo ſcilicet Michaele Imp. Sed id etiam longe ante iſta tempora obtinuiſſe videtur innuere Nicephorus Presbyter in vita MS. Sancti Andreæ propter Christum Sali, cujus hæc ſunt: νυκτὸς δὲ ἐπιμβαίνοντες αὐτῷ πάντες ἁρπάσαντες οἱ αὐλεταὶ ἐκδύουσι τε αὐτὸν, καὶ ἤχοντο τρέχοντες, ἀφιέντες αὐτὸν γυμνόν· οὗτοι δὲ ἦσαν, ὥσπερ οἱ τῆς πόλεως ἀνδρες καλοῦσι, τὰ τοῦ Ἀρχιερέως παιδία. Vixit autem Nicephorus ut & Andreas ſub Leone magno, ut ipſemet teſtatur. De hoc porro *Fatuorum feſto*, uti appellatur in Concilio Baſileenſi Seſſ. XXI. ſub extr. agunt præterea Cognatus in Hiſt. Tornac. & Marlotus in Metropoli Remenſi ad an. MDIX.

Ὁ τοῦ τυραννοῦντος πατὴρ ὁ Φωκᾶς) Quem ſic deſcribit Luithprandus in Legat. *Cui (menſæ) pater aſſedit, homo, ut mihi videbatur natus centum quinquaginta annis: cui itidem, ut filio, Græci laudibus, immo incantatis ſuis, Deus annos ut multiplicet, conclamant.*

Λέων) Poſtmodum Curopolates & Logotheta, quem pariter ita depingit idem Luithprandus: *homo ipſe ad perſonam ſat procerus, falſo humilis, cui ſi innviſus homo fuerit, manum ejus perforabit.*

Κατήγαγε θριάμβον) Ob tot Victorias Νικητής, ſeu *Victor*, appellatus, ut ex Symeone Logotheta docemur in Alexandro n. I. & ex Anonymo Combefiſiano in eodem Alexandro n. I. in Lacapeno n. XLIV. & in Porphyrog. n. XLI. Καλλίνικος, apud Scylitzem p. 648.

Τοῦ Βαπτιστοῦ) Cedrenus pariter μέρος τι τοῦ ἱματίου τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ὅπερ εὗρεν ἐν τῇ Βεῤῥοίᾳ ἐναποκείμενον, Conſtantinopolim attuliſſe Nicephorum Phocam narrat. At Scriptor vitæ Nili junioris hiſce temporibus proximus, pag. 122. in Creta inſula, in Presbyteri cujuſdam domo, a Centurione quodam Sancti Joannis veſtem repertam videtur innuere, a quo ille perſoluto quingentorum aureorum pretio poſtmodum redemerit. Ait quippe Centurionem (ἑκατοντάρχην) obtuliſſe Sancto Nilo πεντακοσίους χρυσίνους, inſuperque cum jurejurando confirmaſſe, ὅτι οὐκ ἐστί μοι ταῦτα ἐξ ἀδικίας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ σπαθίου· ὅτε γὰρ ἐκρατήσαμεν τῆς Κρήτης, εὑρήκαμεν παρά τινι Πρεσβυτέρῳ ἐπ' ἀληθείας τὸ ἔνδυμα τοῦ Προδρόμου, ἐκ τριχῶν καμήλου τυγχάνον, καὶ περὶ τὸν τράχηλον ὑφασμένον· ὅπερ λαβὼν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, ἐπεὶ τὸ χρυσίον ἐμοὶ παρεχώρησεν.

N. 25. Ἐν τῷ εἰσιέναι τῷ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου) Rem etiam narrat, ſed paulo aliter, Scylitzes p. 648. Obſervavimus in noſtra Conſtantinopoli Chriſt. lib. III. Sect. XLII. cum ſolis Sacerdotibus Bema obvium eſſet, conceſſum tamen Imperatori κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν, illud ingredi, cum ſacra dona oblaturus eſſet, ex Synodo Trull. can. LXIX. Hic vero Imperator Focas, poſt peracta nuptialia Sacramenta (ἐν ταῷ ut eſt in Euchologio p. 385.) cum Patriarcha in Bema ingreſſurus, ὡς ἔθος αὐτῷ, ab illo arcetur ab eodem Patriarcha: unde conjici daretur, ea tempeſtate Imperatorem in Bemate ſedem ſuam habuiſſe. Certe auctor incertus poſt Theophanem in Leone Armenio p. 439. teſtatur Imperatores Bema ingredi ſolitos: καὶ προελθὼν τῇ Χριστοῦ γεννήσει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰσῆλθεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, κατὰ τὸ ἔθος τῶν Βασιλέων, &c. Extitere tamen aliquot Eccleſiæ in quarum Bemata quibuſvis ingredi fas erat, ex neſcio quo incerto ac tolerato abuſu. Scholion ad Can. LXIX. Synodi Trullanæ: σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ φύλαττε τοῦτον· κἀγὼ γὰρ ἐν ἀθυμίᾳ κεῖμαι τοὺς εἰσερχομένους κοσμικοὺς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα τῆς ὑπεραγίας *pag. 105.* μου Θεοτόκου τῆς Ὁδηγητρίας, λέγοντας ἀρχῆθεν παραδοῦναι τὴν τοιαύτην συνήθειαν, ὥστε τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τῆς Θεομήτορος, καὶ ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χαλκῇ. LIBER XVI

Ἐλέγετο γὰρ ἀνάξιος γενέσθαι, &c.) Luithprandus in Legat. de Nicephoro: *Qui non incongrue ſilveſtri aſino comparatur ob vanam & inanem gloriam, inceſtamque dominæ & commatris ſuæ conjugium.* Infra: *Nicephorus perjurio atque adulterio regni apicem eſt adeptus.*

Μανουὴλ Πατρίκιος) Annum iſtius cladis notat Lupus Protoſpatha: *Anno DCCCCLXV. introivit Manuel Patricius in Siciliam, & ibi mortuus eſt.* Luithprandus in Legatione, triennio poſt obita: *Scribit etiam præfatus Hippolytus Græcos non debere Saracenos, ſed Francos conterere, qua lege Saraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nicephori nepote, juxta Scyllam & Charybdim in mari Siculo bellum parant, cujus immenſas copias cum proſtraviſſent, ipſum comprehenderunt, capiteque truncum ſuſpenderunt.*

N. 25. Τῇ δέ γε Ταρσῷ καὶ τῇ Μοψουεστίᾳ) Mopſueſtiæ expugnationem a Nicephoro Phoca fuſe narrat Leo Diaconus lib. IV.

Ἐρῶν γὰρ τὸ πᾶν τῇ στρατιωτικῇ μεταχειρίσει ἐπιτηδεύματος) Luithprandus in Legat. ſic Græcum loquentem inducit: *Conſtantinus, inquit, Imperator, homo lenis, in Palatio manens, — Nicephorus vero Baſilius homo ταχύχειρ, id eſt militiæ deditus Palatium ceu peſtem abhorret, & vocatur a nobis prope ſimultatis amator, atque argumentoſus, qui non pretio ſibi gentes amicas, ſed terrore & gladio ſibi ſubditas facit.*

Θεῖον κανόνα) Vide eumdem Zonaram ad Can. XIII. Epiſt. I. S. Baſilii ad Amphilochium.

N. 26. Τρεπομένων τῶν Ἀντιοχέων) Expeditionem hanc in Agarenos, quæ ſub anno DCCCCLXVIII. accidit, attigit Luithprandus in Legat. *quarta feria ipſius Hebdomadæ Nicephorus Conſtantinopolim egreditur, in Aſſyrios profecturus.*

Καὶ γίνεται λιμὸς ἰσχυρὸς) Hæc αὐτόπτης narrat Luithprandus in Legat. *Eſt & aliud quod nunc Nicephorum compulit copias in Aſſyrios educere: Argorum enim omnem regionem laſcans tempus, Deo jubente, eouſque fames attrivit, ut neque tritici duo Papienſes ſextarii aureo compararentur, hocque ubi ubertas quaſi regnat. Hanc peſtem ubibus cooperantibus ita dilatavit, ut meſſionis tempore, quidquid ubique terrarum annonæ erat, minimo dato pretio, poſſeſſoribus, ejulantibus congregarit. Quod cum juxta Meſopotamiam faceret, ubi frugum copia muribus abſentibus creverat, arenæ maris multitudini annonæ multitudinem coæquavit. Igitur cum eo turpiter fames ubiubi deſæviret, vili hoc commercio octoginta millia mortalium, obtentu militiæ, ſecum congregavit, quibus per continuum menſem, quod uno emerat aureo, duobus vendidit.*

N. 27. Κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος) Feſtum quo hæc fiebat proceſſio, indicat Leo Diaconus lib. IV. hiſt. MS. ἀφίκετο δὲ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, κατὰ τὸ εἰθισμένον, ἔξω τειχέων, ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν, τελουμένου τοῦ Βασιλέως· νεὼς δὲ ταύτῃ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδόμενος, &c. Iſtius præterea Imperatoriæ προελεύσεως εἰς Πηγὰς, meminit Luithprandus in Legatione, cujus apparatum & pompam ita deſcribit: *His ergo tribus Hebdomadibus habuit Nicephorus extra Conſtantinopolim metaſtaſim, id eſt ſtationem in loco qui dicitur εἰς Πηγὰς, id eſt ad Fontes, eodemque me venire præcepit.* Sed an ea ſit cujus hic meminit Zonaras, haud omnino conſtat. Vide noſtram Conſtantinopolim lib. IV. ubi de hoc templo agimus.

LIBER XVI. Χρυσοβούλλιον) Cujus meminit Conſtantinus Porphyrog. de Adm. Imp. cap. IX. *Wenceslaum* ita efferunt Græci Scriptores.

N. 28. Καλόκυρον) Is eſt, ni fallor, Calocyrus Patricius, cujus meminit Lupus Protoſpatha ſub an. DCCCCLXXXII.

Edit. Pariſ. pag. 106. Γέγονε δὲ, &c.) De hoc terræ motu ſub Nicephoro Phoca agunt Excerpta quædam Hiſtorica ex Cod. Reg. Ὅτι ἐπὶ τοῦ Φωκᾶ τοῦ κυρίου Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως ἔκλειψις ἡλίου περὶ χειμῶνα ἐγένετο· καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σεισμὸς σφοδρότατος· τῷ δὲ σεισμῷ καὶ ὄμβρος ἄμετρος ἐπηκολούθησεν ἐπὶ ὥρας τρεῖς, καὶ πάλιν ὄμβρος πεδουμένων σύμμικτος ἐγένετο.

Βασιλικοὺς σιτῶνας) Horrea publica, de quibus egimus in Conſtantinopoli l. II. ſect. X. Ea conflagraſſe Theodoſio juniore imperante ſcribit Socrates lib. VII. cap. XXXIX. ubi τὰ μέγιστα τῶν ὡρείων vocantur.

Σφαῖραν ἀφῆκε κατὰ πρανοῦς.) Proverbium quod, ni fallor, omiſere Parœmiographi: quo referri poſſunt iſta ex Gellio lib. VI. cap. II. de cylindro: *Sicut*, inquit, *lapidem cylindrum, ſi per ſpatia terræ prona atque deruta jacias, cauſam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps volvitur, non quia tu id jam facis, ſed quoniam ita ſeſe modus ejus, & formæ volubilitas habet.*

Ὢν δὲ κατὰ τὸ Θέμα) Hæc verba abſunt ab uno e MSS. Reg. habentur vero in duobus aliis cum defectus nota, & in quarto: ubi Θέμα videtur eſſe Forum Theodoſiacum, vel tractus ita ad illud forum appellatus, uti indicavimus in noſtra Conſtantinopoli lib. I. p. 80.

Βουκολέον) De Bucoleonte multa congeſſimus in Notis ad Villharduinum, & in Conſtantinopoli Chriſtiana: tantum addo ad urbium portas apponi ſolitas ejuſmodi Leonum & Bucularum ſtatuas marmoreas, colligi poſſe ex Continuatore Theophanis lib. III. n. XXXIV.

Κύριε βοήθει) Scylitzes p. 662. ait Nicephorum tum dixiſſe, Κύριε ἐλέησον, Θεοτόκε βοήθει. Formula precationis, vel etiam adprecationis, Græcis perfamiliaris. S. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium Aug. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀλλήλοις μιᾷ φωνῇ ἐβόα, Χριστὲ βοήθει Κωνσταντίῳ. Apophtegmata Patrum in Macario n. XIX. ἐὰν δὲ ἐπίκειται πόλεμος, Κύριε βοήθει. Idem Scylitzes, p. 781. Χριστὲ βοήθει, in præliis inclamatum teſtatur. Interdum etiam Deiparam invocabant, hac formula, Θεοτόκε βοήθει, ut apud Scylitzem: Theophanes an. XXVI. Copronymi pag. 327. καὶ εἴ τις συμπεσὼν, ἢ ἀλγῶν, τὴν συνήθη Χριστιανοῖς ἀφῆκε φωνὴν, Θεοτόκε βοήθει, ἢ παννυχίδος ἐφωράθη, ἢ ἐκκλησίαν προσεδρεύων, ὡς ἐχθρὸς τοῦ Βασιλέως ἐκολάζετο. Sed de utraque formula, vide quæ adnotamus in Diſſert. de inferioris ævi numiſmatibus n. XXVIII. & XXX.

Ἐξαίφνης) Anonymus Salernitanus, parte VII. *Sed dum hæc agerentur, Pandulfus, de quo præmiſimus, Princeps, dum apud Conſtantinopolim vinctus moraretur, atque ipſe jam fatus Nicephorus Imperator eum plus cruciaret, ſubitanea mors illi Imperatori evenit. Nam cum eſſet juſtus & jure legis ſervator, Theophana crudeliſſima ſua uxor propter ſuæ cupiditatis ardorem una cum Joanne Simulchi*, (Tzimiſce, *eo qui illo tempore Ducatum gerebat, crudeliter illum necaverunt, & Imperium ipſe Joannes accepit.*

Ἐξ ὧν ἓξ καὶ μικρὸν τετηρηκὼς) Scribit Luithprandus in Legat. In Sibyllinis illis Græcorum libris, in quibus ſcriptum reperiebatur, quot annis Imperator quiſque victurus erat, ſeu imperaturus, Nicephorum ſeptennio duntaxat victurum prænuntiatum.

NOTÆ IN LIBRUM XVII. LIBER XVII.

N. 1. Τῶν Ῥωμαίων) Nicephori Phocæ porro ſtaturam & corporis formam ſic depingit Luithprandus in Legat. *Ante Nicephorum ſum deductus, hominem ſatis monſtruoſum, pygmæum, capite pinguem, atque oculorum parvitate talpinum, barba curta, lata, ſpiſſa, & ſemicana fœdatum, cervice digitali turpatum, prolixitate & denſitate comarum ſatis ſuum, colore Æthiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem, ventre extenſum, natibus ſiccum, coxis ad menſuram ipſam brevem longiſſimum, cruribus parvum, calcaneis pedibuſque æqualem, &c.* quæ quidem neſcio an conveniant cum Leone Diacono lib. III. Hiſt. MS. ubi ſic Phocam depingit: εἶχε δὲ τὴν ἰδέαν τοιάνδε τις ἦν· ὄψις αὐτῷ πρὸς τὸ μέλαν πλέον ἢ τὸ λευκὸν ἀποκλίνουσα· κόμη δὲ βαθεῖα καὶ κυανῆ· ὀφθαλμοὶ μέλανες ἐπὶ φροντίδος πεφροντικότες, δασέσι ταῖς ὀφρύσιν ὑποκαθήμενοι· ῥὶς μέσως ἔχουσα λεπτότητος καὶ παχύτητος ἠρέμα συμπεραινομένη γρυπότητι· ὑπήνη σύμμετρος, ἀραιὰ παρὰ τὰς γνάθους προβαλλομένη τὴν πολιάν· ἀγκύλος τὴν ἡλικίαν καὶ στιβαρός· εὐρύτατος τὸ στέρνον καὶ ὤμους ὡς μάλιστα· τὴν μὲν τοι ἀνδρείαν καὶ ῥώμην κατὰ τὸν θρυλλούμενον Ἡρακλῆ· φρονήσει δὲ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τῷ τὸ δέον ἀπεπταίστως ἐπιφράσαι... πάντων κατὰ μέγεθος τῶν κατ᾽ ἐκεῖνο τῆς γενεᾶς γεγενημένων ἀνδρῶν. pag. 107.

Τοὺς τῶν Ῥωμαίων παῖδας κοινωνοὺς πεποίητο τῆς ἀρχῆς) Quos antea Nicephorus Phocas longe infra ſe ſtatuerat, ut ex Luithprando in Legat. colligimus: *Sedebant ad ſtaſſram, non in eadem linea, ſed longe deorſum duo parvuli Imperatores, ejus quondam domini, nunc ſubjecti.*

Παρὰ τοῦ Πολυεύκτου) Idipſum ita refert Balſamon ad Can. XII. Synodi Ancyranæ: Τῷ παρόντι κανόνι χρησάμενος ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος Πατριάρχης Πολύευκτος πρῶτον μὲν ἐξώσθειν ἐκ τῶν ἱερῶν περιβόλων τῆς ἁγιωτάτου τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας τὸν Βασιλέα Κύριον Ἰωάννην τὸν Τζιμισκῆν, ὡς φονεύσαντα τὸν Βασιλέα κύριον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν· ὕστερον δὲ ἐδέξατο. Εἶπε γὰρ μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου ἐν τῇ γενομένῃ τηνικαῦτα συνοδικῇ πράξει τῇ ἐν τῷ Χαρτοφυλακείῳ ἀποκειμένῃ, ὡς ἐπεὶ τὸ χρῖσμα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, οἷα καὶ ὅσα ἂν ὦσι, πάντως καὶ τὸ χρῖσμα τῆς Βασιλείας τὸν πρὸ ταύτης γεγονότα φόνον παρὰ τοῦ Τζιμισκῆ ἐξήλειψεν. Canon porro Synodi ejuſmodi eſt: τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

Ὡς διχῇ τμηθῆναι) Nota ſunt quæ de Godefrido Bullioneo dicunt hiſtorici, atque in iis Albertus Aquenſis lib. III. cap. LXV. Petrus Tudebodus p. 789. & Will. Tyrius lib. IV. cap. VI. *qui ſcilicet unum de hoſtibus protervius inſtantem, licet lorica indutum per medium diviſit*, &c.

Τοῦ τροπαιοφόρου ἁγίου Θεοδώρου) Hauſit a Leone Diacono, qui Joannis Tzimiſcæ res geſtas pluribus proſecutus eſt. N. 3.

Εἰκόνα τῆς Θεομήτορος) Addit idem Leo Diaconus in Hiſt. MS. τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα ἐναγκαλισαμένην τὸν θεάνθρωπον Λόγον, ἣν ἐκ Μυσίας ἀπηνέγκατο, ubi cæteros triumphi Zimiſciani apparatus pluribus proſequitur.

Βασίλειον) Qui Νέος dicitur Balſamoni ad Can. I. Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Photio: aliis vero, Πορφυρογέννητος, ad diſcrimen Baſilii Macedonis Imp. Verſus inſcripti Menæis, quæ illius nomen præferunt: N. 4.

Ἄναξ ἄναξ γῆς, ἄναξ τῆς πορφύρας,
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος,
Κρατεῖ κράτει αὐτῷ καὶ τρόπαιον ὁ λόγος.

Ita etiam Πορφυρογέννητος dicitur Michaeli Pſello in Synopſi legum ſub finem.

Τὸν ναὸν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, &c.) In qua quidem æde Sancti Joannis Baptiſtæ capillos poſtmodum depoſuit, ut narrat Leo Diaconus lib. X. hiſt.

Digitized by Google

LIBER XVII. hiſt. MS. de Joanne Tzimiſce : *ἐνταῦθα φρούριον προσβαλὼν, τῷ τῇ Σύρων φωνῇ καλουμένῳ Μεμετζῷ, ὃ καὶ τολμήμασι, καὶ ταῖς παντοδαπαῖς μηχαναῖς παραστησάμενος, τὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ σανδάλια ἐκεῖσε ἀποκείμενα, ἀντίληψιν δέ τι δῶρον ὁρώμενον· καὶ τὰς τοῦ σεβασμίου δὲ Προδρόμου τρίχας τοῦ Κήρυκος· καὶ τὰ μὲν αὖθις ἐν τῷ περιπύστῳ τῆς Θεομήτορος ναῷ, τῷ κατὰ τὴν ἀνακτορικὴν ἑστίαν δεδομημένῳ ἀπέθετο, ὥς τινα πολύολβον θησαυρόν· τὰς δὲ ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ναῷ ὃν αὐτὸς ἐκ βάθρων ἀνήγειρε.* Meminit præterea iſtius ædis a Tzimiſce conditæ Michael Pſellus lib. v. Hiſt. MS. *Ὁ δὲ Αὐτοκράτωρ καινουργεῖ πάνυ καὶ ὑψηλὸς ἀπεργάζεται τὸν ἄνω λεγόμενον Χαλκῆς φυλακεῖ, μετ' αὐτοῦ δὲ τὸ Θεῷ τέμενος, ὃ ὁ μέγας ἐν*

Edit-Pariſ. pag. 108. *βασιλεῦσιν Ἰωάννης ὁ μετὰ Φωκᾶν Νικηφόρον ἐδείματο.* Falſo igitur hæc Nicephoro Phocæ adſcribunt excerpta Hiſtorica ex Cod. Reg. *Ὅτι ἐν τῇ Μέμιτζῃ ἦρεν ὁ Βασιλεὺς Νικηφόρος τὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ σανδάλια, καὶ τὰς σεβασμίους τοῦ Προδρόμου τρίχας· καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν Βλαχερνῶν κατέθετο· τὰς δὲ ἐν τῷ τῆς Χαλκῆς ναῷ, τῷ παρ' αὐτοῦ ἐκ βάθρων ἀνεγερθέντι.* Alia de hac æde obſervamus in Conſtantinopoli Chriſt.

N. 5. *Αὕτη δ' ἐστὶν ἡ Τρηαδίτζα*) Leo Diaconus lib. x. hiſt. nondum editæ : *κατὰ τὴν Σαρδικὴν ἐνοχαρίαστο, ἣν καὶ Τραλίτζαν ὁ Σκυθικὸς συνήθεια κέκληκεν.* Infra, *τρηαδίτζαν* vocat.

Ἐπὶ τὰ Μουνδραγάλια) Vide Apoſtolium centuria vii. n. xcv. & Manſſacum ad Harpocrationem p. 148.

N. 6. *Καὶ τοῦ παρ' ἐκείνῳ δομηθέντος σεμνείου*, &c.) Iſtius Monaſterii meminit Michael Pſellus lib. i. Hiſt. MS. ubi de eodem Baſilio : *Καὶ πάντα τρόπον ἐπόσα εἰς κάκωσιν ἐκείνῳ καὶ συμφορὰν ἐμηχανᾶτο τοιῶν· ἀμέλει καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐδείματο λαμπρότατον μονὴν, Βασιλείῳ τῷ πάνυ ἀναθέμενος, ἐπώνυμον τῆς ἑαυτοῦ κλήσεως, μεγαλοπρεπῶς μὲν κατεσκευασμένην, καὶ πολλῇ δαπάνῃ χερσὶ τὸ ποικίλον μετὰ τοῦ καλοῦ ἔχουσαν, ἀλλ' οὖν δὴ χορηγίαις τὸ πλέον τοῦ αὐταρκοῦς ἀναπληρουμένην, ἐβούλετο μὲν ἐκ θεμελίων καθαιρεῖν· τὸ δὲ τῆς πράξεως αἰδεσθεὶς ἀναβαλλόμενος, τὸ μὲν ἐπειδὴ ἀφῆκε, τὸ δὲ κατέσεισε, τὰ ἔπιπλα, τὰς ἡρμοσμένας λίθους· τὸ δ' ἄλλο τεχνικώτερον, οὐχ ὅπως, ἀρχεῖον φροντιστήριον οἱ δεῖ χαριστήριον εἰπεῖν, τὸ μοναστήριον δέδρακε, τῶν φροντίδων τιθεμένων τῶν ἐν αὐτῷ, ὅπως ἂν ἑαυτοῖς τὰ ἀναγκαῖα πορίσωνται.* Atque illud eſt Monaſterium S. Baſilii, de quo egimus in noſtra Conſtantinopoli.

Ἦ γὰρ καθεῦδ' ἢ οὐκ ἐνόησεν) Hemiſtichium Homericum ex Iliad. i. verſ. DXXXIII.

N. 7. *Πανηγύριον*) *Ludorum*, verterat interpres, *nundinarum* repoſuimus, quod ſequentia ſuadent. Vide Gloſſ. med. Græcit.

Βαρδάριος) Vide idem Gloſſ. in *Βαρδαριῶται*.

Οἱ μάργαροι) Vide idem Gloſſ. in *Μάργαροι*.

Ἀξίῳ ποταμῷ) Joannes Tzetzes Chil. x. cap. cccxvi. *Ἀξιὸν* quoſdam perperam ſcribere obſervat:

Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι, μὴ τοῦθε τοὺς βαβάλους,
Ἄλλους τινὰς τοὺς Παίονας νομίζειν, παρὰ ταῦτα,
Οἱ Ἀξιὸν νομίζοντες ἕτερον τῷ Βαρδάρῃ,
Καὶ Ἄξιον, οὐκ Ἀξιὸν φασί, γραφῇ διφθόγγῳ.

Idque Homeri auctoritate probat. De Axio & Bardario diximus in Notis ad Hiſtoriam Comnenicam.

N. 8. *Καὶ θνήσκει*) Lupus Protoſpatha : *Anno* MXV. *apparuit cometa menſe Februarii, & Samuel Rex obiit, & filius ejus regnavit.* Mox : *Anno* MXVI. *occiſus eſt filius prædicti Samuelis ab ejus conſobrino filio Aroni, & regnavit ipſe.* Ubi Cod. al. *a Fievada ejus conſobrino filio Arronii.* Conſule Familias noſtras Dalmaticas.

Τὴν ἅπασαν Βουλγαρίαν) Joannes Tzetzes Chil. x. cap. cccxvi.

Ἀρχεῖ τὰ Αὐτοκράτορος κρατέου Βασιλείου,
Οἱ παντελῶς συνέτριψεν ἐκείνων τὸν αὐχένα,
Καὶ δούλους τούτους τέθεικε τῷ τῶν Ῥωμαίων κράτει.

Adde cap. cccxviii.

Ἐπαρίτην) Protopapus Palatii. Vide Gloſſ. med. Græcit. in *Πρωτοπαπᾶς*.

Zonaræ Annales.

Τὰ τῶν Κρωβάτων ἔθνη) Ut Croatia & Sirmium LIBER XVII. in Græcorum poteſtatem venerint, & ut cæſo per inſignem perfidiam Sermone, Sirmii domino, a Conſtantino Diogene, qui miſſus a Baſilio fuerat ad debellandos Croatas, illiuſque uxor in urbem ſit adducta, narrat pluribus Scylitzes p. 717. At quod Diogeni ille, Lupus Protoſpatha Bugiano, ſeu *Βοιωάννῃ* tribuit, ſub an. MXXIV. *Et transfretavit Bugianus in Carbatia,* pag. 109. *& comprehendit ipſam Principiſſam uxorem Coſmici.* Al. *Ciſigni.*

Ξιφίας) Alius a Xiphia Italiæ Catapano, cujus ille fortaſſe filius fuerit. Lupus Protoſpatha an. MVI. *Deſcendit Xiphea Catapanus in civitate Bari.* Nam is obiit anno ſequenti in Italia. Idem an. MVII. *defunctus eſt prædictus Catapanus in civitate Bari.* Xiphiæ vero, cujus hic meminit Zonaras, defectio cadit in annum MXXII. ut eſt apud Scylitzem.

Ὁ τῶν Ἀβασγῶν ἀρχηγὸς ὁ Γεώργιος) Vide Conſtantinum de Adm. Imp. cap. XLVI.

Καὶ πρὸς Σικελίαν) Scribit Scylitzes Baſilium molitum expeditionem in Siciliam, Oreſtam quemdam de fidiſſimis ſuis Eunuchis præmiſiſſe cum magnis copiis: deinde poſt extinctum Baſilium revocatum e Sicilia ob imperitiam in re militari, & miſſum in Italiam cum Imperio : quod & attigit Lupus Protoſpatha : *Anno* MXXVIII. *deſcendit Oreſti Chetoniti menſe Aprilis.* Idem anno ſeq. *Venit Euſtachius cum Baſilico & Mandatora, & elegit Catapanum Chriſtophorum : & Oreſtes prædictus aſcendit in Conſtantinopolim cum Bugiano, &c.* ubi *Chetoniti* idem valet ac Gr. *Κοιτωνίτης*, *Cubicularius, Præfectus ſacri cubiculi*, quæ dignitas ſpectabat potiſſimum Eunuchos. Revocatus eſt rurſum ex Italia, & ei ſubrogatus Leo Opus, cui concreditæ pedeſtres copiæ, quod ad an. M. MMMMMMDXLII. Chr. MXXXIV. refert idem Scylitzes. At Lupus Protoſpatha Leonem in Italiam veniſſe anno MXXVII. auctor eſt : *Anno* MXXVII. *Deſpotas* (leg. *Leo Opus*) *Nicus in Italia deſcendit cum ingentibus copiis Ruſſorum, Wandalorum, Turcarum, Bulgarorum, Blachorum, Polonorum, Macedonum, aliarumque nationum, ad Siciliam capiendam. Captum eſt autem Rhegium, & ob civium peccata deſtructum eſt a Vulcano Catapano, & Baſilius Imperator obiit anno ſecundo. Itaque Græci receſſerant die S. Martini. Jam vero Baſilius vivens renuntiavit Imperio, ſibi ſubſtituens Romanum, cui uxorem dedit Zoam filiam ſuam.*

Ἐπ' ἔτεσιν ἑπτά) Alius Cod. *τέσσαρσι*.

Τῷ τῆς ἡμιν ...) Sepultus porro fuit Baſilius Imp. in æde ſeu Monaſterio S. Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo, unde illius corpus tranſlatum poſtmodum Selybriam a Michaele Palæologo Imp. ut narrat Pachymeres lib. ii. cap. xxi. & lib. vii. cap. ult. qui priore loco meminit verſuum illius tumulo adſcriptorum, quos ex Cod. Reg. MMMCXXX. hic damus:

Ἄλλοι μὲν ἄλλῃ τῶν πάλαι βασιλέων
Τόπους προαπετάξαντο εἰς ταφὴν ξένους.
Ἐγὼ δὲ Βασίλειος, πορφύρας γόνος,
Ἵστημι τύμβον ἐν μέσῳ γῆς Ἑβδόμου,
Καὶ σαββατίζω τῶν ἀμετρήτων πόνων,
Οὓς ἐν μάχαις ἔστεργον, οὓς ἐκαρτέρουν,
Ἀφ' οὗ γὰρ Βασιλέα Θεὸς κέκληκέ με,
Οὐ γάρ τις εἶδεν ἠρεμοῦν ἐμὸν δόρυ,
Καὶ μαρτυροῦσι τοῦτο Σκύθαι καὶ Πέρσαι,
Σὺν οἷς Ἰσμαήλ, Ἀβασγός, Ἴβηρ, Ἄραψ.

Γυναικὶ δὲ τινὸς ἂν συζυγείη Ἑλένη, &c.) Michael N. 9. Pſellus in Epiſt. inedita ad Conſtantinum Monomachum Imp. de Conſtantino Baſilii fratre : *Γάμους δὲ προτέρους θυγατέρας τινὸς τῶν ἐν τέλει, καλλοφυεστάτας καὶ καλλιστευούσας τῶν αὐτῆς γεγονυίας, οὐ Σκηπίωνα τιμῶσι, Φοῖβον, οὐδὲ Τερτίαν τὴν Πυθικοῦ ὑμπλέον πράγματος, ἀλλὰ Χάριτας ὡς ἀληθῶς ταῖς θρυλλουμέναις ἐκείναις ἰσαρίθμους καὶ ἀνθαμίλλους, καὶ τῷ θεῷ ταύτῃ ἀριθμῷ τὸ τῆς γονῆς περιουσίας φιλότιμον*, &c.

m

LIBER XVII. Ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος Εὐδαίων) Idem Pſellus : Καὶ τούτων τὸν πρεσβύτερον, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ δ᾽ ὁ μᾶλλον δευτερόν τι φαίνεσθαι, καὶ ἐγγελῶν ἐνταῦθα ἀποκρύπτειν

Edit. Pariſ. pag. 110. δεινῶς ἐθελουσίῳ τάγματι, τὴν βασιλικὴν ὄντως τοῖς ἀμφιέννυσι, καὶ τῷ δὴ συμβὰς συμβολὴν εἰσάγει, ... καὶ ταῖς τεταῖς ἐγκαθιδρύμένων ταῖς κρείττοσι.

Σωνήρμοσε τῇ Ζωῇ) Lupus Protoſpatha : *Anno MXXIX. mortuus eſt Conſtantinus Imp. in vigilia S. Martini, & ſe vivente impoſuit in ſede ſua Romanum, & dedit ei axorem Zoam filiam ſuam.*

N. 10. Οἰκονόμους) Vide Gloſſ. med. Græcit. in Οἰκονόμος.

Πραίτωρ ἀστὶ κρατοῦντος ἐγένετο) Pſellus in laudata Epiſtola ad Monomachum, de Argyro : αὐτὸς αἰτοῦσί τε τὸ ἀφειλόμενον εἰσεπράττετο, καὶ ἐν δυναστείαις τὸ χρεωστούμενον κατεβάλλετο. Infra : Ἐνταῦθεν γνώμαις φειδοῖ συμμελῶν, καὶ ἀδικίαις συνδιατώμενος κινδυνεύσει, μετεβάλλετο τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς ἀφέξει τοὺς λογισμοὺς ἀλλοιώσας ὁ καλός.

N. 11. Τὸν ναὸν τῇ Θεομήτορι προσθέμενος) Τῆς Περιβλέπτου nomine inſignis ædes, de qua ſic Michael Pſellus lib. III. Hiſt. MS. Βουλόμενος δὲ καὶ τὴν Θεομήτορα καλλίονι τῶν ἄλλων κατακοσμήσαι ὀνόματι, ἔλαθεν ἀνθρωπινώτερον ταύτην ὀνομάσας, εἰ καὶ περίβλεπτός ἐστι ταύτῃ μὲν, ὡς ἀληθῶς, ἡ Περίβλεπτος. Ἐπὶ τούτοις καὶ φροντὶς τις αὐτῷ προσγεγονέν, καὶ ὁ ναὸς καταγωγὴ γίνεται μοναχῶν. Ut porro ſub ædis condendæ prætexta theſauros publicos exhauſerit, & ſubditos vexarit, paulo ſupra enarrat. Sed de hac æde alia obſervamus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana lib. IV. pag. 94.

Εἰς τὰ Πέτριον) Quid ſit Petrium, diximus in Notis ad Alexiadem p. 249. locus ſcilicet fuit extra urbem verſus ſinum Ceratinum, in quo extructa varia ædificia, ac Monaſteria, in quibus præſertim recenſetur quod S. Joannis Baptiſtæ nomen prætulit, de quo hic Zonaras intelligendus, & alia quorum paſſim meminimus in noſtra Conſtantinopoli, quibus adjungenda ædes S. Stephani, ex Scriptore MS. vitæ S. Theodori Syceotæ : αὐτὸς δὲ ἐμβληθέντος ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος Στεφάνου τοῦ καλουμένου Πετρίου, &c. Monaſterium vero Petrii ſeu τὰ Πέτριον, inter Imperatoria Monaſteria recenſet Theodorus Hermopolites MS. lib. V. tit. 15.

Γεώργιος ὁ Μανιάκης) Michael Pſellus lib. V. Hiſt. MS de Maniace : τοῦτον ἐγὼ τὸν ἄνδρα καὶ τεθέαμαι καὶ ἐθαύμασα· κατωκίωχε γὰρ αὐτῷ ὁ φύσις ὅσα συμπρέπει τῷ στρατηγήσοντι· ἐς γὰρ ἡλικίαν δέκατον ἀνεστηκὼς πόδα· καὶ οἱ πρὸς αὐτὸν ὁρῶντες ὥσπερ εἰς κολωνὸν ἢ κορυφὴν ὄρους ἀνέβλεπον, &c.

N. 12. . Ἐξηκοντούτης) Michael Pſellus lib. III. Hiſt. MS. πλείω γὰρ ἢ δέκα ἔτεσι τὴν τῆς Βασιλίδος ἡλικίαν ὑπερβαλλόμενος.

Καὶ ἡ ἀδελφὴ Πουλχερία) Quæ nupſit Baſilio Sclero Patricio, cui Conſtantinus Imp. Baſilii frater oculos eruit ob tyrannidem : ex quo conjugio nata filia unica nupta Conſtantino Monomacho, poſtmodum Imperatori, ut ſcribit Michael Pſellus lib. V. Hiſt. MS.

Λόγοις μὲν ἄτριβος) Pſellus in laudata Epiſtola ad Monomachum, de Argyro : λόγοις δὲ καὶ τοῖς ... εἴδεσιν ..., ἀλλὰ τῇ πρὸς ταῦτα ἕξει τοῖς πρώτοις ἐφάμιλλος. Infra : ὃν δὲ πρῶτον ἔργον ἐκείνου ἐσπούδασμαι, λύειν τὰς τῶν γραφῶν ἀπορίας, καὶ τὸν κεκρυμμένον ἀνορύττειν νοῦν, ἢ τὸν ἀκοῦον ἐνδοξότερον τὰ αἰνίγματα. Οὐδεὶς φιλοσόφοις ὁμιλεῖ ἢ ῥήτορσι, περὶ ταῦτα μᾶλλον ἐσπουδακώς, ἢ τὰ δημόσια. Idem lib. III. Hiſt MS ἦν μὲν ἔσω ὁ ἀνὴρ καὶ λόγοις ἐντετραμμένος Ἑλληνικοῖς, καὶ παιδείας μετεσχηκὼς ὅση τοῖς Ἰταλοῖς λόγοις ἐξήρτητο.

N. 13. Καὶ τοῖς Πατζινάκαις λεία γέγονε τῶν Μυσῶν) Notum proverbium, de quo in Notis ad Alexiadem quædam attigimus. In Alexii Comneni Novella apud Balſamonem ad Nomocan. p. 140. 1. Edit. τὰ Φρυγῶν καὶ Μυσῶν, ὁ παροιμία.

Τῷ γαμικῷ ἀδελφῷ) An γαμικαδέλφῳ, uxoris fratri? MS. Regii omnes, ὁ δὲ αὐτίκα γράφει τῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ, &c. præferunt.

Οὔτε προΐδοι, &c.) Vide Gloſſ. med. Græcit. in προίκαξα. LIBER XVII. N. 14.

Ἤδη δὲ τοῖς νόσῳ πιεζόμενον:) Idem Pſellus de morbo Imperatoris: Καὶ ὁ μὲν Βασιλεὺς ὕδερῳ περιπεπτώκει, ὁ τοσαύταις φροντίσι ἐκάμνεν, εἴτε ποτὲ βασκανίᾳ δαίμονος τινος, αὐτὸ δὴ τὸ τῆς ψυχῆς ὀχηματικὸν περιτρέψαντος, ὥστε τὸ μελαντέρον καὶ γεωδέστερον χυμοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέροντος, οἷα δὴ τὰ πολλὰ γίνεσθαι εἴωθεν· ὁ μὲν ἔσω ἀσθενέστερον ἐπιμένει, καὶ τὸ ἔργον τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς νόσου ἀπεσείλατο. Pag. 111. N. 15.

Οἱ πληρωταὶ δὲ τὴν τάξιν τὴν βασιλικὴν) Wolfius, *ordinem Imperatorium*. Repoſuimus *comitatum Imperatoris*. Vide Gloſſ. med. Græcit in τάξις.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς ἀγγελίας κομισθείσης αὐτῷ) Ut Michael Paphlago in Bulgaros expeditionem ſuſceperit, quamvis hydrope laborans, enarrat Pſellus in epiſtola ad Monomachum : ζῆλος ἐνταῦθα τῷ νόσῳ σβεννύμενος ἀνέστη τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ εἰς μέσον ἐνσείσας τὸ ἔσω μελανίζον εἴωθε, μὴ τὴν ἐσχάτην ὁδὸν τοῦ σώματος, μὴ τὸ τῆς ὅλης μάχης, μὴ τὸ πολέμιον δύσαντος, μηδ᾽ ἄλλο μηδὲν, τῆς πόλεως ἔξεισι, καὶ κατὰ τὸ ἀναστάντος ἔδεσμα στρατεύεται, καὶ, τὸ τῶν κρομάτων σου, Κύριε, λογίζεται, παρατάττεται, ἐκάλυπτο ἐφ᾽ ἵππῳ νεκρός.

Καὶ ἀπεισιν εἰς ὅπερ αὐτὸς νεὼ τῶν τειχῶν, &c.) Michael Pſellus lib. IV. Hiſt. MS. Καὶ δὴ καὶ τοῖς Ἀναργύροις αὐτὸ τὸ πρὸ τῶν τειχῶν τὸ ἀνίσχον πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς, τὸ ὅλον λαμπρὸν ἐδομήσατο· ὁ πᾶσαν κρηπίδα καταβαλλόμενος, ἀλλὰ μείζονα δεομένῳ περιβαλλόμενος· ἦν γὰρ ἐκεῖνο πρόσθεν λαμπρότατα μὲν οὐδαμῶς ἔχον, οὐδ᾽ ἐπίσημος τῇ κατασκευῇ. Τοῦτο ἐκεῖνος εἰς κάλλιον μεταθέμενος χῶρον, καὶ περιβολαῖς ἔξωθεν τειχισάμενος, τείχεσί τε περιβαλὼν, καὶ οἰκοδομημάτων λαμπρότητι, κατακαλλύνας ... ἀνέδειξε. Ex quibus plane docemur eamdem fuiſſe ædem quæ a Paulino Magiſtro ſub Theodoſio Juniore ædificata fuerat, quam Monomachus in ampliorem magnitudinem inſtauraverit. Vide noſtram Conſtantinopolim Chriſt. lib. IV. pag. 182.

Κείρεται δὲ τὴν τρίχα) Pſellus : Μεταμφιέννυται τὴν ἁλουργίδα τὸ σχῆμα, τὸ τραχὺ ἀναβάλλεται τῶν τριχῶν, καὶ ἀναλαβόντες ... ἐκλέξονται τὰ κατὰ ὅπλα, ζώννυται τὴν μάχαιραν, τῇ περικεφαλαίᾳ σκέπεται, καὶ ... ταῖς τοῦ Δεσπότου χερσὶ, καὶ ὁ Βασιλεὺς ἀπελθὼν.

Ὡς ἔσω ἤγγειλε τῇ Βασιλίδι) Idipſum narrat Michael Pſellus lib. IV extr. Hiſt. MS. additque ſepultum ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ (SS. Anargyrorum) εἰσιόντι κατὰ τὴν λαιὰν πλευρὰν, ἔξωθεν τοῦ βήματος. N. 16.

Τῶν γὰρ τοῖς τότε κατασταθέντων ἦν) Pſellus in ead. Epiſt. Καὶ τὸν βασίλειον ἀρχὴν τεθεαζουσῶν, οὐκ Ἀντίοχος, οὐδὲ Σελλαιος, ἄνδρες καὶ πολεμικώτατοι, καὶ τὰ δέοντα φρονῆσαι ὀξύτατοι, ἀλλ᾽ ἀνὴρ χθὲς τε καὶ πρωὶ τοῖς ἁρμοῖς καὶ συμπεπηγμένοις, καὶ πέττων ἐπεμβάλλων, τοῖς γόμφοις καὶ ἀσφαλῶς πληρώμενοι, οὐκ εἶδος ἔχων τυραννικὸν, οὐ σχῆμα μεγαλοπρεπὲς, ὁ λόγον ὁμιλοῦντα καὶ χαρίεντα, οὐκ ἄλλο οὐδὲ τοῦ οἷα ψυχὴν οὐδὲ καλλονὴν τοῦ σώματος. Ὦ Νέα Ῥώμη, καὶ γένος μεγαλοπρεπὲς καὶ ἐλεύθερον, ᾧ οἱ ἀνέκαθεν Βασιλεῖς, καὶ βῆμα βασιλικὸν καὶ βασίλειον, οἷον αἰχμάλωτον τοῦτο περιεβάλλετο, ... δαίμων ἐφθόνησε βάσκανος, πλὴν ἀλλὰ τοῦτο (εἰ μὲν που μὴ αἴτιοῦτο) τῷ αὐτομάτῳ δοθέν, εἰ δὲ ἀνελάσσαιτο, ταῖς ἀρρήτοις τοῦ Θεοῦ κρίμασι. N. 17.

Μέτεισι &c.) Pſellus : Ὁ δὲ συλλόγισιν, ὁρῶν ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ ξῖφος βεβαιοῦν δεῖν ... ὁ κράτιστο μὲν ἐν βάθει τῆς ψυχῆς τὸ κακόηθες, θεραπείαν δὲ πρὸς τὸ συγγενὲς ὑποκρίνεται, καὶ ταῖς μεγίσταις λαμπρύνει τιμαῖς. Ἔπειτα ῥιζωθὲν τὸ κακόηθες, τὰς πύλας τῆς καρδίας ἀναπετάννυσι, καὶ τὴν κακίαν δείκνυσι ἐμφανίζοντα δρῶντα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπὶ τοὺς οἰκείας συγγενεῖς τῆς κακίας ἐκκενοῖ, καὶ αὐτοὺς μὲν ὑπερορίᾳ καταδικάσας, οὓς δὲ τῶν παιδογόνων μορίων ἀποτεμόμενος, οὓς τὴν γενεὰν ἔχοντας, καὶ ὠμοὺς, ὄντας τινὰς, τεθνάμενοι καὶ

LIBER XVII. κεκρατημένοις, οὐ Περσίᾳ καθηλεῖν, οὐδ' Αντίγονον, οὐδ' τι βάρβαρον ἀπόλεμον φῦλον, ἀλλὰ τοῖς ἐφ' ἡμῖν ὁ δυσμενὴς καταγωνισάμενος.

N. 18. Στίλλοσι) Anonymus Bareoſis in Chron. an. MLI. *Michael Imp. defunctus eſt: & ſurrexit Michael Cæſar nepos ejus, qui direxit in Apulia Maniaki. Poſt menſes v. cæcaverunt illum ipſum puditi qui exaltavit Zoi. Et ſurrexit Conſtanti Monomacho, &c.*

Edit. Pariſ. pag. 112. Τὰς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττουσι) Catalogus Impp. Codino ſubjunctus: ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Σίγματος ἐτυφλώθη παρὰ Νικηφόρου Επάρχου τοῦ Καμπαρίου.

N. 19. Επὶ τῶν βασιλείων) Duo Regii Codd. τοῖς βασιλείοις.

Αἴσιον) Vide Gloſſ. med. Græcit. in hac voce.

Εὐγενέτην) Alii τῶν ἀγενοτέρων. Vide Gloſſ. med. Lat. in *Beneaatus*.

Εν' ἀδελφόπαιδι) Duxerat igitur Conſtantinus Monomachus filiam fratris vel ſororis Romani Imperatoris: nam hæc vox utrumque ſignificat. Romani fratrem nullum memorat Hiſtoria Byzantina: Theodoram unicam ſororem nuptam Joanni Tzimiſcæ habent.

Μιχαὴλ) Michael Paphlago primus Zoes conjux.

Διὰ τὴν τριγαμίαν) Theodorus Balſamon ad Nomocanonem Photii tit. XIII. cap. 2. Ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ τόμου τρεῖς γάμοι ἐπιγινώσκονται· ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ Βασιλείου κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου γεγονὼς χίμα (leg. χίσμα) εἰς τὴν ἐκκλησίαν μέσον τῶν Ἀρχιερέων· οἱ πλείους γὰρ ὁ παραχώρουν τὴν τριγαμίαν, καὶ ἰσθμοῖς ὁ διαίρεσις μέχρις καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ Βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου Πορφυρογεννήτου· ἐξεῖνι χθὸν ἐκτιθέντα τόμοι ὁ λεγόμενος τῆς Ενώσεως, ἀναλαμβάνοντα τότε ὁ τρίτος γάμος παραχωρεῖται, καὶ τότε οἱ. Addit deinde ejuſmodi tomum haberi in Scholiis ad IV. Canon. S. Baſilii.

N. 20. Ταῖς Βασιλίσσαις χαριζόμενος) Nam non modo Zoe Monomachi conjux Auguſtæ titulum ſervavit, ſed & Theodora ſoror. Utramque innuit Joannes Euchaitorum Epiſcopus, Imperatorem alloquens:

Εσωσα ταῖς σαῖς παντοσέβαστας Αὐγούστας.

Infra:

Καὶ τὰς Αὐγούστας ὡς συνάρχους λαμβάνω.

Sed & Theodoram una cum Zoe imperitaſſe non ſemel innuit:

Δισσαῖς Ανάσσαις αὐταδέλφαις Αὐγούσταις
Δώρημα κοινὸν ἐξ ἑνὸς δοῦλου τόδε.

Rurſum de Zoe:

Εχουσα συλλαμβάνουσαν ἐκ τοῦ πλησίον
Ἄλλην σεμνὴν, τὴν ἐμὴν μὲν δεσποίνην,
Σὴν δ' αὐταδέλφην γνησίαν, καὶ φιλτάτην,
Η συμμερίζῃ τοῦ κράτους τὰς ἡνίας.

Ημιγάμων) Concubinas uxorum loco non modo habitas, ſed & uxores concubinas dictas, docuimus in Gloſſ. med. Lat. in V. *Concubina*: unde apud S. Auguſtinum tract. 12. ſuper Joann. cap. VII. & Columbanum in Epiſt. v. adulterium fieri dicebatur cum concubina, perinde ac cum uxore legitima.

Η Αὔγουστα προσείη) Sic MSS. ubi Wolfius: *Malim ἡ Βασιλὶς, nam Sclerana, & Auguſta & ὁμευνέτις fuit.*

Ο Μανιάκης Γεώργιος) Res a Georgio Maniace in bellis variis præclare geſtas multis proſequitur Joannes Scylitzes pag. 727. 731. 737. 738. 739. 745. 743. 753. 756. & 853. & ex eo Joannes Bollandus ad Hiſtoriam corporis S. Agathæ ab eodem Maniace Conſtantinopolim ex Sicilia tranſmiſſi, ſcriptam a Mauricio Catanenſi Epiſcopo, a quo *in rebus bellicis expertiſſimus* dicitur. De eo etiam agit Lupus Protoſpatha ſub an. MXXXVIII. MXLI. & MXLIII. quo illius rebellionem ita attigit: *Menſe Septembri reverſa eſt civitas Barum in manu Imperatoris, & deſcendit Pardus Patricius cum multo auro, quem Maniaches fecit occidi, ſeque Imperatorem ab omnibus appellari, & menſe Octobri venit Barum, minimeque illum recepit. Menſe vero Febr. deſcendit Theodorus Canus Magiſter & Catapanus, & Maniaches prædictus perrexit Dyrrachium.* Agunt etiam de Maniace Gaufredus Malaterra, Leo Oſtienſis, Ordericus Vitalis, & alii laudati in Notis ad Alexiadem pag. 227. & 339. LIBER XVII.

Πολεμοῦντων) Πολεμοῦντων MS. Reg. & ita legendum cenſebat Wolfius. Duo alii priorem lectionem retinent. pag. 113. N. 21.

Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος) Hic ille eſt qui virus hæreſeos in Apoſtolicam Sedem acrius evomuit poſt Photium, cum ad conciliandam Eccleſiam Leo IX. Pontifex Cancellarium ſuum Humbertum Epiſcopum Silvæ Candidæ & Petrum Archiepiſcopum Amalphitanum Legatos ad Monomachum miſit anno MLIV. Hiſtoriam narrant Leo Oſtienſis lib. II. Chron. Caſin. cap. LXXXIX. & alii Scriptores rerum Eccleſiaſticarum, ac præ cæteris Cardinalis Baronius, & Leo Allatius in Diſſertat. II. de libris Eccleſiaſt. Græcor. & in libro de utriuſque Eccleſiæ conſenſ.

Οἱ μὲν οὖν) Alter ex Reg. καὶ μὲν τοι.

Οἱ δέ γε Μακεδόνες) Anonymus Barenſis in Chron. *An. MLVIII. Ind. I. rebellavit Toraiki cum Makedonis & Botatze conſocraneo ſuo, perrexit Conſtantinopolim, ut faceret ſe Imperatorem. Argyro Magiſtro exivit ſub nocte cum aliquanti Franci, & Græci, & fecerunt ei damnum maximum. Poſtea comprehenſus eſt ipſe Toraiki a Monomacho, & juſſit eum cæcare, & Batatzi cæcati ſunt ambos.* N. 22.

Πεδίτας) Repoſuimus ex MS. πεζῖται.

Πῦρ ὑγρὸν) Vide Gloſſ. med. Græcit. N. 23.

Εἰσὶ μὲν δὴ) De Turcorum origine copioſe ſatis egimus in Notis ad Nicephori Bryennii hiſt. lib. 2. n. VII.

Οὐιτζίν) MSS. Οὐιτζίν.

Αποχὴν) Alter e Reg. Απαχὴν.

Μονὴν τῶν Μαγγάνων) Ut in condendo S. Georgii ad Mangana Monaſterio Imperii theſauros exhauſerit Monomachus, qualiſve fuerit & quam magnifica illius ſtructura, præ cæteris narrat Michael Pſellus lib. V. Hiſt. MS. neque in ea dumtaxat, ſed & in aliis Deo vel Sanctis dicatis ædibus extruendis: εἶτα δὲ καὶ γηροτροφεῖον ἄλλο ἐγκαθιδρύσατο, Πτωχοτροφεῖον τοῦτο ὀνομάσας, καὶ χρυσοῦ ῥεῦμα ἐντεῦθεν πολὺ τοῖς δοῦσιν ἀφωρισμένον ἀπέταξε.

Τῆς δὲ Βασιλίδος Ζωῆς) Annum obitus Zoes indicat Lupus Protoſpatha: *An. ML. indict. III. obiit Zoe Imp. ſoror Theodoræ, quæ fuerant filia Conſtantini Imp. Zoe enim habuit viros tres, primum Romanum, ſecundum Michaelem, tertium Conſtantinum Monomachum. Regnavit cum his tribus viris ann. XXII. poſt mortem vero prædictæ Zoes regnavit ipſe Conſtantinus Imperator cum Theodora ſua cognata jam novem annis.* N. 25.

Πρωτάσηκρητα) Nicephorum vocat Scylit. Vide Gloſſ. med. Græc. in Πρωτάσηκρ. N. 26.

Εξοικοι) Adduot duo Codd. μοναρχήσουσα, pro τῆς αὐταρχίας κρατήσουσα. Ita non ſemel habentur in MSS. ſynonyma, quæ ſæpe omiſimus, ut & Wolfius. N. 27.

Σιγγιλάρ) Ita repoſuimus ex duob. Reg. pro Συγγέλην, quomodo ſcripſerat Wolfius, & alter e Reg. præfert. Sic hanc vocem corrupiſſe ſequiorem Græciam conſtat. Vide Gloſſ. med. Græcit.

Ο Στρατιωτικὸς Μιχαὴλ) Hunc *Bringam* cognominat Lupus Protoſpatha: *Anno MLVII. mortua eſt Theodora Auguſta, & Michael Bringa factus eſt Imperator.* Mox: *Mortuus eſt Bringa Imperator, & Iſachius Occhonus* (Comnenus) *factus eſt Imperator.* Meminit Zonaras in Romano puero, & in Nicephoro Phoca Joſephi Bringæ, cubiculi Præfecti, cujus magna fuit in aula auctoritas.

NOTÆ IN LIBRUM XVIII.

N. 1. ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ) Anonymus Barenſis an. MLVI. Ind. IX. *Elevatus eſt Michail Imp. nobicio*. Sed quid ſonet hæc poſtrema vox non omnino percipio.

Ὁ Κεκαυλαὸς Ἰωαννίκιος) Quem Colonæa urbe (de qua agit Conſtantinus lib. 1. de Themat. cap. X.) orindum ſcribit Michael Pſellus in Hiſt. MS. ὡς δ' ὁ Κεκαυλαὸς ὄντως Κολωνειάτης. Vide Famil. Conſtantinopolit.

Edit. Pariſ. pag. 114.

Πραιτώριον) De Prætorio & Carceribus Prætorii egimus Conſtantinopoli lib. II. Sect. IX. o. VI. quibus hæc addi vellem ex vita MS. S. Stephani junioris : εἰς δὲ ἕξιν στρέψαντες εἰς τὴν αὐλὴν πύλην τοῦ Πραιτωρίου, εἰς τὰς προδήλους φυλακὰς τὰς ἔνδον ὄντας κατὰ τὸ ἄντικρυ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου, &c.

Πρωτοσύγκελλος) Quem ſupra onde Σύγκελλον appellavit.

Ἀπῆλθε εἰς βασιλεῖον) Et in Monaſterium conceſſit. Anonymus Barenſis : *An. MLVIII. Ind. XI. Surrexit Commiano Imp. Michail vero Imp. induerat Monachicum*.

N. 3. Τοῦ βίου αὐτοῦ κοιτῶνα) *Alcatherinem*, ad quam ſcripta legitur Pſelli Epiſtola in Cod. Reg. hoc titulo, τῷ Δεσπότῃ Αἰκατερίνῃ.

N. 5. Καὶ τῷ Ψέλλῳ αἰτιάματα) Extat inter opera Pſelli calumniatoria iſta in Michaelem Cærularium Patr. Conſtantinopol. ad Synodum dicta oratio, quæ propediem cum ejuſdem hiſtoria, & aliquot aliis opuſculis & Epiſtolis prodibit cum verſione Combefiſii ex Typographia Regia.

N. 6. Εἰς ὄνομα τοῦ Σωτῆρος) De hac æde egimus in Conſtantinopoli Chr. ubi de æde S. Theclæ. Videtur porro illa ipſa ædes quam a Joanne conditam ajunt ſub nomine τοῦ Παντοκράτορος, de qua pariter in eadem lucubratione ſat multa a nobis obſervata : cujus etiam, ut hoc obiter moneam, ea erat prærogativa, ut illius Hegumenus, multis aliis Monaſteriis una eſſet præfectus, niſi forte Exarchi obierit dignitatem, de qua conſulere licet Gloſſarium ad Scriptores med. Græcit. ita ut Viſitatoris potius officium exercuerit. Balſamon ad Nomocanon. Photii tit. I. c. XX. Εἰ γὰρ οὐκ ὁρίζεται κληροῦσθαι εἶναι εἰς δύο ἐκκλησίας, πολλῷ πλέον οὐδὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων προΐσταται, ὥσπερ οὐδὲ κεφαλὴ μία δύο σωμάτων. Τὸ δὲ προΐστασθαι τὸν Παντοκρατορικὸν Ἡγούμενον πολλῶν μοναστηρίων, οὐκ ἐναντιοῦται τῷ κανόνι· τὰ γὰρ πολλὰ μοναστήρια ὡς ἓν λογίζονται, διὰ τὸ κατ' ἐπίδοσιν περιελθεῖν εἰς Παντοκράτορα.

Πολὺς τὴν γλῶτταν) *Eloquentiſſimus* repoſuimus, pro *homo verboſus*, uti verterat Interpres, quem inde multis exagitat Allatius in Diſſertat. de Pſellis p. 38. Porro Michaelis Pſelli verba ſunt : Πολλάκις δὲ τῇ βοῇ τὰς λόγχας ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς καὶ τὰς ὁπλὰς χρώμενος, καὶ συνεχῶς ἀνατείνων, τὴν δεξιὰν ψυχρῷ πνεύματι βάλλεται τὴν πλευράν, καὶ τό τε μὲν ὁ πᾶν κατάδηλος ἡ πληγὴ ἐγεγόνει· τῇ δ' ὑστεραίᾳ ῥιγώσαντα, πυρετοῖς συνέχεται, &c.

Κωνσταντῖνον) Anonymus Barenſis : *Anno MLX. Ind. XIII. Comminiano volantarie dedit* (forte *cedit*) *Domino ſuo Conſtantino Dukizzi*, *& induit ſibi habitum Monachicum*.

N. 8. Δουκίτζης) Ita appellatur in Chronico Anonymi Barenſis loco laudato. Vide Familias Byzantinas in Ducæna familia.

N. 9. Δανούβιον) Ita Wolphius ; at Regii duo Δάνουβιν, duo alii Δανούβιον habent. *Dannuviam* dixit Lactantius in libro de Mortibus perſecutor. n. XVIII.

Περὶ δὲ Χαιρωνείας) De hoc oppido diximus ad Alexiadem Annæam p. 340. & ad Cinnamum p. 440.

